UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

**Sotomayor, Antonio**

**Madriti, 1667**

Prima Classis. In Qva Avctorvm damnatæ memoriæ Opera edita, &c. G

urn:nbn:de:hbz:466:1-81432

Visual Library

# PRIMA CLASSIS.

## IN QVA

## AVCTORVM *damnatæ memoriæ Opera edita*, &c.

## G

GABRIEL Povelus.

Seu, *Rovelus*, Britannus, Ordovicus, Theolog. Calvino-Zvinglian.

GABRIEL Rollenhagius.

Germanus, Poëta Lutheranus.

GASPAR Adeler.

GASPAR Aldenacius. I. C.

GASPAR Braummiller.

German. Theolog. Lutheran.

GASPAR Bruſchius Egranue.

Seu, *Egranus*, Luthero-Melanchtoniſta Poëta, & Hiſtoricus.

EIVS *Monaſteriorum Germaniæ* præcipuorum, Centuria 1. Ingolſtadij, apud Alexandrum, & Samuelem Weyſembornos, 1551.

Adhibenda nota auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi in ipſa prima libri facie. Poſt poëma dedicatoriũ in inſcriptione poëmatis laudatorij, *Achilis Pyrminij Gaſſari Lindavienſis*, adde, *Auctoris damnati.*—In poëmate ſequenti, *Sebaſtiani Glaſeri*, dele diſtichum, quod incipit, *Quaſque Deo donavit opes*, &c.

In *Monaſterio*, quod nominatur, *Fons ſalutis*, fol. 54. pag. 1. in poëmate *Stigelij*, auctoris damnati, Epitaphio videlicet, *Mani Georgij Caſimiri*, pag. 2. poſt illa verba, *Subdita terra polo*, dele quatuor diſticha ultima, quæ incipiunt, *Tum vero patriam*, &c. uſque ad §. *Viſuntur*, excluſ. — In eodem *Monaſterio*, fol. 55. pag. 2. ante finem, num. 27. §. *Ioannes Schoperus*, poſt 7. lineas, dele *Non otioſis ventribus*, *ſed*.

In *Monaſterio S. Claræ*, fol. 107. pag. 2. ad medium, poſt illa verba, *Primum conſtituit ipſe*, dele 2. lineas, uſque ad, *Commutavit, cui præeſt*, excluſ.

In *Monaſterio S. Galli*, fol. 115. pagin. 1. ante finem, dele totum §. qui incipit, *Sunt verſus quidem*, cum duobus ſequentibus verſiculis, uſque ad §. *Sed redeamus*, excluſ.

In *Monaſterio S. Vdalrici*, fol. 137. pagin. 1. poſt med. num. 7. poſt illa verba, *Eccleſiæ annexum*, dele 2. lin. uſque ad, *Profectus Romam*, excluſ. dele item notatiunculã marginalem, *Monachi uxores ducũt*. —In Poëmate, *Lunaris Eclypſis*, fol. 188. pagin. 2. poſt illa verba, *Voce eſſe videntur*, dele 2. verſiculos, qui incipiunt, *Doctores vero multi*.

Eiuſdem *Bruſchij Præfatio*, in Engelberti Abbatis Admontenſis librum, *De ortu, & fine Romani Imperij*, cum eiuſdem Bruſchij Hodœporico Baſileæ, per Ioan. Oporinum, 1553.

Præfatio, quæ incipit, *Non dubito Reverende Domine*, &c. Permittitur ſi tamen ex pag. 12. ad finem expungatur illa parentheſis, *(In qua lucem verbi ſui cæleſtis miſericorditer accēdit.)*—Et pag. 13. ad finem, *Idolomanijs medium digitum, audacter oſtendentes omnibus*.

In prima verò libri facie, poſt illa verba, *Poëtæ Laureati præfatione*, adde, *Auctoris damnati*. Sicut etiam, pag. 152. in *Elencho Lucubratiuncularum Bruſchij*.—In dedicatione vero, quæ eſt, *Conrado Lycoſtheni*, damnatę memoriæ, dele, *Eximia pietate, ac doctrina*

*doctrina præſtanti viro, Domino.* — Pagin. 153. linea 5. à principio, dele, *Præſtantiſſ. Theologis.* — Et in toto *Elencho*, qui conſtat paginis 13. à pagin. 153. uſque ad 165. eſt frequens mentio, *Lutheri*, & *Melanchthonis*, ex quo efficitur, *Bruſchius famoſus Luthero-Melanchthoniſta.* Vide etiam ſupra, *In Engelbertum*, ſecunda Claſſe. — Et vide etiam eius quædam poëmata tom 1. delitiarum Germanic. 3. Claſſ.

GASPAR Churrerus, ſeu, *Churrevie.*

GASPAR, ſeu Caſpar Cruciger.

Seu, *Crucigerus*, Senior, Germanus, Lutheranus, Auguſtanę Confeſſionis.

GASPAR Elogius.

GASPAR, ſeu Caſpar Eurimachæ.

Seu, *Eurymaches*, ſeu, *Eurymachera*, ſeu, *Eurymachara*, ſeu, *Eurymache*, Hafforus, German. Theolog. & Poëta Lutheran.

GASPAR Faber.

German. Lutheran.

GASPAR Finckius.

German. Theolog. & Philoſoph. Luther. Auguſt. Confeſſionis.

GASPAR Gondeman.

GASPAR Gretterus.

German. Theolog. & Poëta Wirtembergenſis, Lutheranus, Auguſtan. Confeſſionis.

GASPAR Hantz.

GASPAR Hedio.

Theolog. & Hiſtoricus, Polonus, Miniſter Argentoratenſis, Lutheran.

GASPAR Heldelinus.

German. Philoſoph.

GASPAR Hombergius.

Vezlarienſis, German. Theolog. Luthera. Auguſt. Confeſ.

GASPAR Hubertinus.

German. Theolog. Lutheran.

GASPAR Klockius.

Iuris Conſult.

Comitis Palatini Cæſarij, nec non D[...]calis Brunſvvicenſis, & Luneburgenſ[...] Conſiliarius, & Cancellarius Nindenſ[...]

EIVS tractatus, *Nomico-Polyticus de Co[...]tributionibus*, &c. Impreſſ. Bremæ, an[...] 1634. ſive ex alia editione omninò proh[...]

GASPAR Laurentius.

Theolog. Luthero-Calviniſta.

GASPAR Macer.

Seu, *Macrus*, Theolog. Lutheranus Ra[...]ponenſis.

GASPAR Megander.

Tigurinus, Theolog. Zuing.

GASPAR Meliſander.

German. Theolog. Luther. Superinten[...]dens Miſniæ Aldenburgici.

GASPAR Motthæus, *Schmalkaldenſis.*

German. Theolog.

GASPAR Olevianus.

German. Miniſter Heidelberg. Theolog. & Philoſoph. Calvino-Zuinglian.

EIVS fundamenta Dialecticæ Franco[...] 1581. permittuntur appoſita nota auctori & operi.

GASPAR Paſradius.

Seu, *Pfafradius*, ſeu, *Safradius*, Germanus, Theolog. Lutheran. Auguſtan. Confeſſionis.

GASPAR Peucerus.

*Budisſimus*, ſeu, *Budisſinenſis*, Germ. Theol. Philoſ. Hiſtoric. Medicus, Aſtron. Luthero-Calvino-Zuinglian. Melanchthoniſta.

GASPAR Pilcius.

Germ. Theol. Lutheran. Auguſt. Confeſſ.

GASPAR Radeckerus.

Lutheran.

Gaspar Rodulphius.

*Sileſius*, German. Poëta.

Gaspar Sauter.

Seu, *Sauterus*, Auguſtanus I. Conſ.

Gaspar Stolhagius.

Gaspar Sueus.

Seu, *Gaſparus Rodolphus Suevus*, Philoſ.

Gaspar Schvvenckfeldius.

Seu, *Schuvenfeldius*, ſeu, *Schuvenkfelde*, Sileſius Medicus.

Gaspar Schvvencfeldius, *Sileſius*.

Seu, *Schuvenfeldius*, Theol. Hæreſiarcha.

Gaspar Tauberus.

Gebhart Elmenſthorſtius.

Seu, *Severhartus Elmenhorſtius*, ſeu, *Elmenſorſius*, ſeu, *Geverhartus*.

Eius *in Arnobium obſervationes*, Hamburgi 1610. Hanoviæ 1603.

Adſcribe notam *Damnati Auctoris*, & operis cum expurgatione permiſſi. — Itẽ editione Hannoviana, expungenda Epiſtola Dedicatoria, *Ad Ioſephum Scaligerum*, eadem vero nota damnationis inurenda Scaligero in prima libri facie.

Ex indice, dele, *Fides omnibus rebus antecellit*, cui in textu nihil æquè reſpondet. — Et, *Adorationis cultum ſoli Deo tribuerunt Chriſtiani.* — Lib. 1. pag. 23. lin. 7. à principio, dele, *Divini acuminis*.

Eivsdem *ad Minutij Fælicis Octavium*, liber commentarius. Præfigenda nota Auctori, & operi. — Pag. 49. § *Verſ.* 4. poſt illa verba, Minutij Fælicis, *Colimus nec oramus*, dele lineam, uſque ad, *Nam quod ſcribunt*, &c. Et adſcribe in margine, *Vera & Catholica Eccleſiæ doctrina tribuit imagini Crucis non ſolum honorariam adorationem, tanquam inſtrumento ſancto propter ſe, ſed præterea eadem adoratione, qua Chriſtus adoratur, poſſe, & debere involvi, & adorari Crucis imaginem, ſimul cum prototypo.* — Ex indice vero, dele, *Crucem honorarunt, non adorarunt Chriſtiani.*

Eivsdem *Recenſio in B. Procli*, opuſcula, iunctim edita. Lugdun. Batavor. apud Iacobum Marci, 1617. permit.

Initio poſt, *Geverharti Elmenhorſtij*, adde, *Auctoris damnati.* — Ex præfatione ad lectorem, ad finem, & in fine paginæ penultimæ, linea 4. poſt illa verba, *Opinionum, & blaſphemiarum*, dele octo ſequentes lineas, uſque ad, *Sanè eſſet*, excluſ.

Eivsdem *in Apuleium*, recenſio, emendationes, & index. Francofurti, in officina Wecheliana, 1621.

Poſt præfixam notam Elmenshorſtio *Auctoris damnati*, & operis permiſſi in titulo, *Emendationum*, appone Geverhartio ſimilem notam.

Eivsdem *in Gennadium Maſſilienſem*, de Eccleſiaſticis dogmatibus, & in *Homiliam ſacram*, veteris cuiuſdam Theologi, & in *Martialis Epiſtolas*, notæ Hamburgi 1614.

Apponenda ſolita nota Auctori, & operi — Ex notis, *in Gennadium*, pag. 123. parum ante medium, poſt illa verba Bedæ, *Quod natura fraudaverat*, dele duas ſequẽtes lineas, uſque ad finem §. — Pag. 145. ad medium dele parentheſim, quę incipit, *Bellarminus falſo*, &c. — Pag. 153. ad medium, poſt illa verba, *Oratione purgantur*, dele duas ſequentes lineas, uſque ad finem §. — Pag. 170. in fine, poſt illa verba, *Baptiſmi*, lib. 1. capit. 4. dele 8. lineas uſque ad illa verba pag. ſequentis, *Ioannes de Gerſon*, excluſ. — Et dele tres lineas ultimas eiuſdẽ §. ab illis verbis, *Georgius Caſſander.* — Pag. 173. poſt medium, & poſt epigramma Proſperi, dele octo lineas, uſque ad finem §. ab illis verbis, *Sed hoc falſum eſt*, &c. — Pag. 178. parum poſt medium, & illa verba, *Spiritibus veniens prædicavit*, dele decem lineas, uſque ad, *Sed loca Auguſtini ipſa*, excluſ. — Pag. 180. poſt medium, ubi legitur, *Scholaſticis hoc commentum*, dele, *Commentum*, & poſt lineam, dele vocem, *delirarunt.* — Et in pag. 181. ſequenti poſt 8. lineas, & illa verba, *Peccatis ſuis perſonalibus*, dele undecim lineas, uſque ad finem §. — Pagin. 183. in §. *Peccatorum animæ in inferno*, dele ſequentes quinque lineas, uſque ad, *Gennadio manum porrigit*, excluſ. — Pag. 201. parum à principio in §. *Vitam æternam merere ſi illa cuſtodiamus*, dele quatuor ſequentes lineas, uſque ad, *Paulus ad Romanos*, excluſ.

Ex indice vero Auctorum expunge nomina Hęreſiarcharum, & inſignium hęreticorum, *Calvini, Zuinglij, Bezæ*, &c. — Ex indice rerum, verbo, *Abortus* dele, *Hoc negant ſcholaſtici Theologi.* — Verbo, *Infantes*, dele, *Contrarium in notis demonſtratur.* — Verbo *infernum*, dele, *Quadruplicem eſſe, vanè opinantur ſcholaſtici Theologi.* — Verbo,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

bo, *Liberi Arbitrij*, dele, *Id in prævaricatione Adæ*,uſque ad finem totius §.—Verbo, *Meritis*, dele, *Meritis ſuis nemo ſalvus ſit.* — Verbo, *Theologi*,dele,*Scholaſtici dicunt abortivos fœtus non reſurrecturos.*

EIVSDEM *ad Arnobium recenſio,& notæ*, Hanoviæ,typis Wechelianis 1603.

GEDEON Morellus.

German.*Sedanenſis*,Philologus,Gallus Lutheran.

EIVS *Colloquia familiaria*,Latina,Gallica,& Germanica, Argêtorati 1601.permittuntur,appoſita nota Auctoris,& operis.

GELLIVS Snecanus, *Friſius.*

Theolog.Calvino-Zuinglian.

GEORGIVS Acacius, *Ænenkel.*

*Baro Hoheneccius*, ſeu, *G. A. Enenkelius.*
German.
I.C Lutheranus.

EIVS de privilegijs Parentum,& Liberorum tractatus. Tubingæ, typis Ioan. Alexan.Cellij,1618.

Adhibenda nota Auctoris damnati, & operis permiſſi,in prima libri facie.

In Prolegomenis pag.9.num. 28. lin. 2. dele vocem, *Eccleſiaſticum Inventum.* — Privilegio 1.cap. 9. *Quomodo liberi poteſtate patria ſolvantur*,num. 12. pag. 85. ubi videtur probari,per ingreſſum in Religionẽ nõ ſolvi patriam poteſtatem,ſcribe in margine,*Cautè hæc omnia legenda, ne quidquam lædant Religionis ſtatum, & exemptionem à patriæ poteſtate*, & ſuo modo ad Clericorũ exemptionem accommodanda.—Poſtea vero pag.89.num.20.expunge §. qui incipit,*Ex quibus omnibus*, uſque ad, *Huic affinis eſt*,excluſ.—Et pag.90.lin. 8. ab initio, poſt illa verba, *Vt monachi habentur*, dele tres lineas,uſque ad, *Qua ratione*,excl. — Et cap.12. pag. 121. num. 43. §. qui incipit, *Monachiſmo*,dele vocem, *Monachiſmo.* — Privilegio 6.pag. 351. quod eſt, *De conſenſu Parentum ad nuptias liberorum*, dele tres illas lineas tituli,*Cõtrahendis legitimè nuptijs,&c.* uſque ad,*cap.*1.excl. — Et ex ſummario,expunge numerum 1.& 2.conſtãtes tribus lineis.—Pag. 352. quæ incipit, *Poteſtatis patriæ,&c.*dele integram, uſque ad finem,& uſque ad 5.lineas pag.353.ſequentis,in illis verbis, *In quam ſententiam*, excluſ.—Pag.367.cap. 4. totum expungen-dum,uſque ad c.9. excluſ. in pag. 411. S… in ſequentibus duobus captibus huius pri-vilegij,videlicet nono & decimo, expun-gendum eſt, quicquid ſapiat errorem … lum,*De neceſſitate conſenſus parentum ad nup-tias filiorum.*—Privilegio 7.pag.448. line… 2.ab initio,ad finem num. 9. poſt illa ver-ba,*Ab inteſtato defertur*,dele tres lineas,uſ-que ad num.10.excluſ.

Ex indice vero privilegiorum,dele … *privilegio* 6. tum inſcriptionem privileg… tum cap.4.5.6.& 7. — Et ex indice gene-rali, dele, *Conſenſus filiorum non eſt per-fectus,niſi accedat conſenſus parentum.*

EIVSDEM G. Acacij Enenk. *Theo-dẽ*, nova interpretatio Annotationes … petuæ,Chronographia, *&c.* Argento… ſumptibus Lazari Zetzneri,1614. permit-tuntur.

In prima libri facie,poſt illud, *Baroni* Hobeneccio,ſcribe, *Auctore damnato*,opus tamen permiſſum.—In averſa pag.expũge præfatiũculam typographi ad lectorẽ.

GEORGIVS Agricola.

Philoſoph.& Medicus,Lutheran.

EIVS opera *De menſuris,ponderibus,* … *tio metallorum.*Baſileæ, apud Froben… 1550. permittuntur appoſita nota Auc-toris,& operis.

GEORGIVS Æmilius, *Manſ-fe-denſis.*

German.Lutheran.Poëta.

EIVS *Epigrammata ad imagines Apoca-lypſis*,cum enarratione.Francof. 1540.per-mittuntur appoſita nota Auctoris,& ope-ris.—Et ſimiliter, *Epigrammata ad imagi-nes mortis.*

GEORGIVS Am-chaldt.

GEORGIVS Autumnus.

German.Theolog.Lutheran.ſcribebat … lebij,1569.

GEORGIVS Bachmannus.

German.Philoſoph.

GEORGIVS Battenheimer.

GEORGIVS Beatus.

German.I.C.Lutheran.

GEORGIVS Benedictus.

Harlemenſis in Belgio, Poëta, Philologus, Vid. quædam eius poëmata, in Delitiis Poëtarum Belgicorum, tom. 1.

GEORGIVS Blandrata.

Seu, *Blandatra.*

GEORGIVS Blacuellus.

Archipresbyter Angliæ, qui ſcripſit, *Pro iuramento fidelitatis*, contra Cardinalem Bellarminum. Londini, apud Ioannem Norton. 1610.

GEORGIVS Brinderus.

Seu, *Binderus*, Ludimagiſter Tigurinus, & Poëta Calvino-Zuinglianus.

GEORGIVS Buchananus.

*Scotus*, Poëta Hiſtor. Caluin.

EIVS in Pſalmos *Paraphraſis Poëtica*, quam forte edidit antequam ab Eccleſia Romana deficeret, permittitur, ſed appoſita nota, *damnati Auctoris*, & permiſſi operis.

EIVSDEM *Tragædiæ duæ*, una, *Iephies* Lutetiæ, apud Vaſcoſanum: altera *Baptiſtæ*, ſive, *calumnia*, Francof. apud Wechelum permittuntur, apponenda tamen in titulis ſingulorum librorum nota damnati Auctoris, & operis permiſſi.

EIVSDEM Præfatiunculæ, *Ad Medeam, & Alceſtim*, Euripidis, ſed corrigenda præfatiuncula in Medeam, poſt utrobique appoſitam notam *Auctoris damnati*, & operis permiſſi.

Ex illa præfat. quæ incipit, *Non dubito* dele illa verba, *poſt tam præclara nomina.* — Et præterea expungenda illa, *Cum in omni diſciplinarum*, &c. uſque ad, *ſolet tamen*, excluſ. De eodem vide *Tragædiæ ſelectæ* 3. Claſſ.

EIVSDEM *Sphera*, cum ſupplementis *Ioannis Pincieri*, *Auctoris quoque damnati.* Herbornæ, *&c.* 1587. permittitur, ſi corrigatur ut ſequitur.

In ipſa inſcriptione, poſt illud, *Buchanano Scoto*, dele uſque ad, *quinque libris*, excluſ. Et loco eorum repone, *Auctore damnato.* — Deinde poſt illud, *reſtitutæ*, adde, *prohibita, ſed cum expurgatione permiſſa.* — Tandem poſt illud, *Dillebergenſi medico*, adde, *Auctore damnato*, *illa tamen cum expurgatione permiſſa.* — In præfat. pagin. 7. poſt illud, *Humiliter oramus*, dele uſque ad finē illius. — Poſt Præfationem, dele duo Epigrammata, quæ ſequuntur.

Ad finem totius operis, dele carmina quædam Rodolphi Goclenij.

EIVSDEM *rerum Scoticarum hiſtoria.* Edimburgi, 1583. ſicut & reliqua opera prohibita ſunt.

GEORGIVS Buſcherus.

Theol. & Philoſ. Germ. Luth. Aug. conf.

GEORGIVS Calaminus.

Germ. Poëta, & Philolog. Luther.

GEORGIVS Carolida.

German. Poëta, Luther.

EIVS quædam poëmata. Vid. tom. 2. *Deliciarum Germ.*

GEORGIVS Caſſander, *Brugenſis.*

Sive, *Veranius*, *Modeſtus Pacimontanus.*

EIVS quædam poëmata. Vid. tom. 2. *Deliciarum German.* & alia etiam tom. 1. *Deliciarum Belgicarum*, ſed eius, *Hymni Eccleſiaſtici*, nominatim interdicuntur.

GEORGIVS Ceſius.

Germanus Aſtronomus, Luthero-Melancthonianus.

EIVS *Catalogus Cometarum*, à diluvio, uſque ad annum 1579. Noribergæ, apud Valentinum Fumanum, 1579.

Varia ſectariorum encomia, quibus totum opus reſperſum eſt, expungenda, Hæreſiarcharū verò etiam ipſa nomina abolenda ſunt, ut *Philippi Melancthonis.* — Deinde vero folio 27. linea ultima, dele, *ſceleſtisſimum Pontificis Scelus.* — Folio 34. linea ultima, dele, *perfidia Pontificis excitatum.* — Folio 76. linea ſeptima, dele, *perfidia.* — Eodem folio, pagin. 2. linea 7. à fine, dele, quæ de *Alexandro Papa*, ſcribit, cum nota etiam margi-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nali. —Folio 38.lin.9. dele vocem, *indignè.* — Et lin. 6. à fine. — Fol.39. lin. 11. à fine, dele, *Clementis IV. Pontificis immani conſilio, & fraude captus.* — Fol.45. pagin. 2. ad finem, dele quæ de *Sacramenti uſu Bohemis conceſſo* ſcribit. —Fol.52.initio, dele, *miles melior quam ſacerdos.* — Fol. 56. lin.3. dele vocem, *piè.* —Fol.57.initio, dele, *piè in Chriſto.* —Eodem folio pagina 2. lin. 8. à fine dele, *in vera agnitione & invocatione filij Dei placidè.* — Fol. 95. lin. 6. dele ab illis verbis, *quo ſcilicet,* uſque ad, *obdormivit,* utrinque incluſive.—Fol.70. pag.2.ex 2.epigrammate ad lectorem expunge octo priores verſus.

GEORGIVS Clemengius. I. C.

EIVS *Enunciata iuris*, de Fidei commiſſarijs, *&c.* Lavingiæ, 1580. permittuntur cum nota Auctoris, & operis.

GEORGIVS Cleminius.

I.C. & Philol. Germ. Luther.

EIVS *Themata*, de *lege Falcidia*, apud Mylium, 1606. permittuntur cum nota Auctoris damnati & operis permiſſi.

GEORGIVS Codonius.

German. Theol. Luther. qui ſcripſit contra Pontificiam Inquiſitionem, contra Ieſuitas, 1570.

GEORGIVS Cœleſtinus.

German. Philoſ. Hiſtor. Luther. ſcribebat Lipſiæ, 1597.

GEORGIVS Conſtantinus.

*Anglus*, Theol. Lutheran. & Wiclephiſta, ex Anglia in Germaniam profugus.

GEORGIVS Cruciger.

*Marpurgenſis*, ex Auctoribus, & Subſcriptoribus Synodi Dordrechtanæ.

GEORGIVS David.

GEORGIVS David Locamerus.

Lādavienſis I.C. ex concinnatoribus Co[llegij] *legij Argentoratenſis.*

GEORGIVS Dietericus.

Seu, *Dicterichus*, German. Muſicus, ſcribebat Latinè, & Germanicè cantiun[cu]las Norimberg.

GEORGIVS Douſa.

Iani F. Batavus, Hiſtoric. & Philol. Ca[lvi]niſta.

EIVS *de itinere ſuo Conſtātinopolitano* ... ceſſerunt, *Veterum inſcriptiones*, B... tio, & ex reliqua Græcia, *&c.* apu[d Ra]phelengium, 1590. & 1599. 1607.

Poſt appoſitam notam Auctori, & o[peri] pag. 3. appone Ioſepho Scaligero d[ic]tam notam.—Pagin.42. poſt medium, ... poſt illa verba, *Abundè declaravit*, dele ... lineas, uſque ad, *Baronium nobis*, excluſ. & pagin.43.ad finem, poſt illa verba: *Eccleſi[as] conciliatos*, dele tres extremas lineas, & u[ſ]que ad extremam lineam, pag. ſeq. 44. [in]cluſ. — Et pag.47. lin.4. ante finem, p[oſt] illa verba, *ſit annus* 1313. dele 4. lineas [ul]timas, cum tota ſequenti pagina, uſque a[d] novem lin. pagin.49. & illa verba, *Qu[i] habent.* — Pagin.51. lin.6. ante finem, [poſt] illa verba, *Eccleſiam meam*, dele ſex ex[tre]mas lineas, & iterum ſeptē priores l[ineas] pagin. 52. uſque ad, *en tibi locum*, exclu[ſ.] — Pagin. 56. poſt duas lineas, & illa ver[ba], *Eius partes explere*, dele reliquum p[ag.] & præterea ſex integra ſequētia folia, [uſ]que ad poſt medium pag.69. & illud, *... divi eum aliquoties*, excluſive. —Pag. ... dele integram illam admonitionē, *Lecto[ri] benevolo.* — Pag. 111. poſt illa prima [li]neæ verba, *à quibus nos*, dele tres ſeque[ntes] lineas, uſq; ad, *Ieſus Chriſtus liberat.* — ... pagin.119. poſt medium, & poſt illa verb[a], *Inviolatum conſervamus*, dele reliquum p[a]gin. cum ſequenti 120. uſque ad poſt m[e]dium, & uſque ad illa verba, *De hiſce ...* excluſive. — Pagin. 127. parum ab i[nitio] poſt illa verba, *Alto corde premens*, d[ele] duas lineas, uſque ad, *nos miſeri.* — Pag. 131. binis epiſtolis, *Simonis Simonidis*, ... ſcribe Auctori notam damnati Scripto[ris.] — Pagin. 135. & 137. binis Epiſto[lis] *Bonaventuræ Vulcanij*, adhibe ſuam no[tam] damnati quoque ſcriptoris.

Geor[gius]

GEORGIVS Draudius.

EIVS *Bibliotheca Claſsica*, ſive, *Catalogus officinalis*, in quo ſinguli ſingularũ facultatũ ac profeſsionum libri, *&c.* Francof. apud Nicolaum Hoffmannum, 1611. permittitur appoſita nota *damnati Auctoris*.

EIVSDEM in C. Iulij Solini *Memorabilia Mundi*. Francof. apud Ioannem Saurium, 1603. Apponenda nota ſolita.

PARTE I. OPERIS.

Ad cap. 2. *Solini*, ad illa verba, *L. Auguſtũ Cæſarem* §. *Cæterum neque hæc ipſa*, pagin. 102. ad finem, poſt illud, *Revocare conatus eſt*, dele uſque ad illud, *Quæ igitur hactenus in uſu*, excluſ.—Ad idem caput, & ad eadẽ verba §. *Non procul à Porta Latina*, pagin. 150. ſub initium, poſt illud, *medio Baſiliſco videtur*, dele uſque ad §. *Huic ædificio*, excl. —Ibidem dicto §. *Huic ædificio*, eadem pagin. 150. ante medium, poſt illud, *Salomoni donatas*, dele uſque ad §. *In Templo Laterani*, excluſ.—Et in fine eiuſdem pagin. §. *In Baſilica Laterana*, poſt illud, *ex Porphyro pertuſæ* dele omnia uſque ad §. *Inde deſcenditur per gradus*, excluſ. — Ad cap. 9. ad verba illa, *D. Aquæ ſextiæ*. §. *Hinc deſcenditur in forum*, in fine §. pag. 384. in medio, dele notam marginis, 2. *Theſſ* 2. *effertur adverſum omnem, qui dicitur Deus*. — Ad idẽ cap. in fine, & ad eadem verba, titulo, *Vrbium Italicarum deſcriptio* §. *Ad hanc obiectionem*, pag. 543. initio expunge totum §. & poſt hunc duos etiam §§. immediatè ſequentes uſque ad §. *Multa huiuſmodi ex antiquioribus*, excluſ.

PARTE 2.

Ad cap. 45. *Solini*, ad verbum, *D. Scythas*, paragrapho, *Dicam paucis, & dicam verè*, pag. 160. ſub initium, poſt illud, *In ſuos, quã in hoſtes*, dele uſque ad illud, §. ſeq. *Pereunt igitur omnia*, excluſ.

PARTE 3.

Ad caput 53. *Solini*, ad verbum, *à. Equorum*, §. *Extat elogium equorũ*, p. 78. à medio poſt illud, *cuius auctor eſt*, dele uſq; ad, *Georgius Buchananus*, excl. —Ad idẽ cap. & ad idem verbum. §. *Veteres ſane*, pagin. 85. ad medium, ibi, *Vt D. Camerarius in ſuo*, dele, *D.*

Ex centonibus rerum memorabilium ad finem operis, *Solini*, adiectis. In Perù Provincia §. *Ea lata conditione*, pagin. 212. ad finem, dele notam marginis, *Evangelij barbaris annunciandi nova*, &c. — Ibidem, §. *His auditis Rex*, pag. 213. in medio expunge notam marginis, *Pontifex de alieno*, &c. Deinde dele proximam notam margin. *Crudelis Concionator*. Item aliam immediatè ſequentem, *Hiſpanorum zelus pro Evangelio ſcilicet*.

Item, *Colloquia Maioli poſt Canicularia, iuvenilia, & ſenilia*, quæ ideò inſcribuntur, *Colloquia Maioli*, non quia ſint illius Theologi, & Iuriſconſulti Simonis Maioli Epiſcopi Vulturarenſis, ſed quia ad imitationẽ Colloquiorum illius priorum, ſeu dierum Canicularium, hæc nunc quinque alia facta, & edita fuerint ab homine ſectario. Excuſa Francofurt. Impenſis Ioannis Godofridi, 1617.

Ergo in prima libri facie Draudio, & operi adhibe ſuas notas, *&c.*—Lib. 1. Colloq. 1. quod eſt, *de miranda hominis ſtructura, &c.* pagin. 23. column. 1. ad medium §. *Senex, nihil abſurdi, &c.* dele totum §. conſtantem octo lineis.—Et column. 2. poſt medium dele duos §§. *Senex, non ex ſemine, &c.* qui conſtat 20. lineis, & §. *Eques: Deus qui, &c.* conſtantem ſedecim lineis. —Pagin. 25. column. 1. ſub initium, poſt illa verba, *Solitariam, cælibemque vitam agere*, dele 9. lineas, uſque ad, *Itaque decretum edidit*, excluſ.—Eadem pagin. colum. 2. poſt medium §. *Hoc non fert ſcripturæ ſenſus*, è regione illorum verborum, *Nec ſubiecta eſt uxor viro niſi poſt peccatum*, ſcribe in margine *Dominatus viri iuſtus, & moderatus ex lege naturæ eſt, quidquid vero moleſtiæ habeat, pœna erit peccati* — Pagin. 30. column. 1. ſub initium lin. 4. poſt illa verba, *Per peccatum ſordidatæ, ac perditæ*, dele, *ac perditæ*. — Pagin. 57. column. 1. §. *Eques. Aiunt aliquando Monachum*, dele parentheſim ſequentem conſtantem duabus lineis. — Pagin. 62. column. 1. poſt initium, lin. 7. dele, *Si Magis credimus*. — Eadem column. paulò ante finem, §. *Iuvenis, iam demum loqui, &c.* poſt illa verba, *Structuram ac fabricam*, dele quatuor lineas, uſque ad *Adhuc dum noſtrum*, &c. — Pagin. 83. column. 1. & 2. dele *Decima tertia autem Nativitatis hora*, & §. *Hæc*

*tranſtulimus,&c.* quamvis enim cætera huius fabulæ conficta mendacia ſint, hos tamen duos §§. extremos ſectarius aliquis egregiè commentus eſt.

Colloquio 2. quod eſt, *Adverſus omnium ſtatuum homines,* &c.—Pag. 137. col. 2. ſub initium lin. 3. poſt illa verba, *de literarum invento,* dele ſeptem lineas, uſque ad, *Siquidem ſimplex illa,* excluſive.—Et in fine eiuſdem column. linea antepenultim. dele, *A malis, ut dixi genijs.*—Pagin. 142. column. 1. in fine, dele, *Ex myſteriorum divinorum præconibus,* decem lineas, uſque ad, *Quæ quo longius,* excluſive. — Et poſt alias ſeptem lineas, dele, *Sacrificis, & concionatoribus.*—Et deinceps dele reliquum huius columnæ cum tota pagina ſequenti, uſque ad initium pagin. 143. column. 1. & ad §. *Eques plurima, &c.* excluſive. — Eodem §. *Eques plurima ſæpè numero,* in medio dele, *Favore divi cuiuſdam decidit.* — Pagin. 148. col. 2. ad finem, §. *Senex non Theologos ſilentio, &c.* dele totum uſque ad 2. column. 149. & §. *Iuvenis neminem opinor,* excluſive. — Pagin. 150. column. 1. ad medium, in §. *Senex ſunt innumerabiles,* poſt illa verba, *Præ his videantur, & circumforanea,* dele reliquum huius columnę, item, & ſequentis uſque ad initium pagin. 151. column. 1. & §. *Senex comprehendimus,* excluſive.—Eadem pagin. column. 2. in fine, à §. *Iuvenis, ſed quid de numeroſa,* incluſive, dele ſeptem columnas, uſque ad dimidiũ columnæ prioris pagin. 155. & illa verba, *Cæterum, cum de Eccleſiaſticis hactenus,* excluſive.—Pagin. 168. column. 2. lin. 8. ab initio, ubi legitur, *Non pauca ex ijs quoque, quæ fortunæ tribuuntur,* dele, *non pauca,* & ſcribe, *Omnia quæ fortunæ tribuuntur, &c.* —Pagin. 169. col. 1. lin. 10. ab initio, ubi legitur, *Fortuna penitus euenticia,* dele ea verba, & ſubſtitue, *Divina etiam providentia.*

Colloquio 3. quod, *Nulla hominum conditio ſtultitiæ ſit expers,* &c.—Pag. 179. col. 1. linea 4. poſt illa verba, *Afflicta quævis Reſp.* dele quinque lineas, uſque ad, *Gallicam ſcabiem,* excluſ. — Eadem pag. col. 2. poſt medium, & poſt illa verba, *Imperioſus Archi-ſcriba Cancellarius,* dele ſex lineas uſque ad, *Et quis poteſt infinita,* excluſ.—Pagin. 198. col. 2. ante medium, dele tres priores lineas, §. *Eques prædicatorum,* uſque ad, *Huius rei, &c.* excluſivè. — Pag. 207. col. 1. poſt medium, & poſt illa verba, *Nec miretur Chriſtianum Vulgus,* dele octo lineas, uſque ad, *Atque tamen ex aſinorum [...]ſibus,* excluſ. — Et poſt alias ſex lineas in[...]tio pagin. 207. poſt illa verba, *Superant a[...]que vincunt,* dele tres lineas uſque ad, *[...] legimus nonnullos, &c.* — Pag. 211. col. [...] ante medium, poſt illa verba, *à me ſper[...] amplius,* dele lineam, uſque ad, *Sed illos [...] medicos,* excluſ. — Pagin. 212. col. 2. p[...] medium dele, *Teſtamentum Ægri Cy[...] integrum,* uſque ad pagin. 215. col. 2. — Pag 267. col. 1. ad medium, poſt ea verb[...] *Nuptias eas dixeris acceſsiſſe,* dele octo li[...] uſque ad, *Omnibus una mens eſt,* excl[...]vè.

Colloquio 4. quod eſt, *De iocis, & [...]bus.* Pag. 386. col. 2. poſt medium, & [...] illa verba, *Nuptam eſſe reſpondebit,* de[...] lineas uſque ad, *At mendacitas ingenij[...]* excluſivè.—Pag. 393. col. 2. poſt initium & poſt illa verba, *Horribilibus pœnis aſſe[...]rit,* dele 4. lineas uſque ad, *Nota ſunt exempla Theologorum,* excluſivè.—Pag. 401. col. 1. in fine poſt illa verba, *Sua quiſque ætate non adhibuerunt,* dele 5. lineas, uſque ad, *Iuvenis non hic,* excluſivè.—Pag. 40[...] colum. 2. in fine, poſt illa verba, *Carmen[...] quod quinque volumina ſignant,* dele reliquum paginæ, & ſequentes ſex columnas, uſque ad pag. 410. & medium. 2. column[...] in §. *Senex. Dura hæc,* excl.—Lib. 2. Colloquio 1. quod eſt, *De fine mundi, Eiuſque [...]teritu,* &c.—Pag. 3. col. 1. lin. 8. ab in[...] dele *Quod Chriſtiani non debent facer[...]*—Pag. 4. col. 2. ante medium, poſt illa verb[...] *Non eſt temerè iudicandum,* dele, *Quod [...] nulli ſcholaſtici fecerunt.* — Pag. 5. col[...] ante medium, dele, *Quod mihi videtur [...]ctum audacter.* — Et inferiùs paulò p[...] medium, dele, *Videtur temerarium ne[...] etiam cælos eſſe igne diſſolvendos.*—Pag[...] 41. col. 2. ante medium, poſt illa verb[...] 1. parte quæſt. 66. artic. 1. dele 3 lin. uſque ad, *In quo autem conſiſtit,* excluſive.—Pag. 44. col. 1. parum ab initio, §. *Duæ opinion[...] ſunt,* ſic lege, *Sententia Catholica ubique r[...]cepta, & communis eſt eſſe verum & pr[...]prium ignem, &c.* cum ſequentibus.—P[...]gin. 44. col. 2. ante medium, poſt illa ve[...] *Gregor. 4. Dialog. cap. 29. ita doceant,* de[...] reliquum colum. cum quatuor alijs ſe[...]quentibus uſque ad mediũ 2. in pagin[...]

GEORGIVS Epiſcopus, *Landa[...]venſis.*

Ex

Ex Auctoribus, & Subſcriptoribus Synodi Dordrecht.

GEORGIVS Ebouff.

Gallus Hiſtoric.

GEORGIVS Eckarth.

Seu, *Eccardus*, Auguſtanus, Auditor in ſchola Laviorgana.

GEORGIVS Edelmann.

GEORGIVS Eunelius.

Seu; *Cunelius*, ſeu, *Cumelius*, Philoſoph. & Aſtronom.

GEORGIVS Faber.

German. Theol. & Philol. Lutheran. Auguſt. confeſſ. edebat Lectionis Hebraïcæ inſtitutionem Onoltzbachij, 1608. quæ permittitur appoſita nota Auctoris, & operis.

GEORGIVS Fabritius Chemnicenſis.

Ex Miſnia, Germanus, Theologus, Hiſtoricus, & Poëta, Lutheran. Auguſtan. confeſſ.

EIVS quædam poëmata. Vid. tom. 3. Delic. German.

EIVS *Roma*, Baſileæ, typis Oporinianis, 1587. permittitur. Apponenda nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi.

EIVSDEM *Antiquitatum*, libri tres ex Ære, marmoribus, ſaxis, membranis collecti, *&c.* Baſil. typis Oporinianis.

Poſt Epiſtolam Dedicatoriam, in titulo Epigrammatis Græci, *Martinus Cruſius*, adde, *Auctor damnatus*.

EIVSDEM *Itinerum*, lib. 1. Et *locorum veteres, & recentes appellationes*, permittuntur.

Poſt Epiſtolam Dedicatoriam, pagina 9. in poëmate, quod inſcribitur, *Adamus Siberus*, adde, *Scriptor damnatus*. — *Ex itinere vero Chemnicenſi*, pagina 55. poſt ſex lineas, & illa verba, *Tranſivimus*, *in qua*, expunge tres verſiculos, qui incipiunt, *Curatos videre*, &c. uſque ad, *Hoſpitã Monhemij*, excluſive. — Ex *itinere Argentinenſi*, pagin. 68. ante finem, poſt illa verba, *in flore dolendum eſt*, dele tres verſiculos, uſque ad, *Inde Oppenhelmicum*, excluſive.

EIVSDEM Præfationes, & notę in Horatium, quæ cum aliis quadraginta Grammaticorum notationibus circumferuntur. Baſileæ 1580. Vide, *in Horatium*, littera H. 3. Claſſ.

EIVSDEM libri ſeptem de re *Poëtica*. Pariſijs, apud Thomam Brumennium 1584.

Poſt appoſitam notam ſolitam Auctoris, & operis cum expurgatione permiſſi, in ipſa operis facie.

Lib. 6. fol. 288. pagin. 2. ſub numer. 92. poſt, *& Virgilij exemplis*, dele uſque ad, *Camerarius*, excluſ.

EIVSDEM *Præfatio in Terentij Comœdias*. — *Et notæ in Senecæ Tragœdias*, permittuntur, ſed utrobique adhibenda pręſcripta nota Auctoris, & operis. Vid. etiam in *Petro Scriverio*, 1. Claſſ.

EIVSDEM *Varietas lectionis*, & emendationes *in Ovidium*, de Ponto, & Triſtibus. Apud Keerberg. 1610.

EIVSDEM *Carmen* in Theſauro Antiquitatis Huberti Goltzij. Antuerpiæ, ex officina Gerardi Wolſchartis, 1618. permittitur appoſita nota. Eiuſdem de *rebus Metallicis*, ac Nominibus, obſervationes, *&c.* Vid. *in Conrado Geſnero*. 1. Claſſ.

GEORGIVS Fabricius *Windecenſis*.

Confirmator, & Subſcriptor Synodi Dordrechtanæ.

GEORGIVS Fladorius.

GEORGIVS Fleiſnerus, *Phil.*

GEORGIVS Forbergius.

Interpres Paracelſi ex Germanico in Latinum.

GEORGIVS Groetzius.

Seu, *Gregorius Groitzghius*, Hiſtoricus.

GEORGIVS Grynæus, *Bodicenus.*

GEORGIVS Hanſeldt.

GEORGIVS Henninges.

GEORGIVS Heniſchius.

Germ. Arithmeticus,& Aſtronomus,Luther.

EIVS *Arithmetica perfecta & demonſtrata*, continens libros ſeptem Auguſtæ Vindelicorũ. Imprimebat David Franck 1609. & Sebaſtianus Myllius Auguſt. — Item *in Sphæram Procli*, &c.

EIVSDEM tractatus de *Aſſe & partibus eius*, Auguſtæ,apud Myl.1606. —Eiuſdem tabulæ *Inſtitutionum Aſtronomicarum*, Auguſt. 1575. — Et *Inſtitutiones Dialecticæ*, 1590.permittuntur appoſita nota,*&c.*

EIVS vero liber de, *Numeratione,veteri,& recenti*, Auguſtę Vindel. Typis Davidis Francof.1603.ſic corrigendus.

Titulo de notatione numerorum per litteras latinas pag.74.à medio poſt verſũ, *Quatuor occubuere Duces*, *Vix Marchio victus*,dele uſque ad,*Eſt & earundem notarum latinarum*,excluſ.quæ eſt initium ſeq.pag.

GEORGIVS Groitzius, *Phil.*

GEORGIVS Hizlerus.

German. Gienenſis, Tubingenſis profeſſor.Hiſtoric. Philolog.

GEORGIVS Horſtius.

German. Med. & Phil. Lutheran.

EIVS omnia prohib.

GEORGIVS Ioachimus Rheticus.

German. Mathem. Chimic. & Aſtronomus Lutheran.

EIVS opus Palatinum *de Triangulis*, ab ipſo cæptum,duobuſq;tomis comprehenſum,permittitur, ſi tamen ex Epiſtola Dedicatoria, & ex altera ad Lectoré,expungantur elogia tam eiuſdem Georgij,quam Gaſparis Peuceri:& in titulo ſcribatur,nota Auctoris damnati,*&c.*

GEORGIVS Ioachimus Struppius.

Theol. Luther. Auguſtan. confeſſ. alius à Ioachimo Struppio, medico.

GEORGIVS Kilius.

Germ.Theol.Luth. Aug. confeſſ.

GEORGIVS Kupelich.

German. Theolog.

GEORGIVS Lagus.

Seu,*Lagius*, German. Theol.Luth.Aug. confeſſ.

GEORGIVS Lieblerus.

Tenzligenſis,Germ. Philoſ.Profeſſor Lubingenſis.

GEORGIVS Loyſius.

Philologus Politicus.

EIVS *Pervigilium Mercurij*, de Perepinantis virtutibus,Spirę 1600. Et apud Comelinum ; & Francof. 1600. Et apud Meierum 1602.

Præfigenda nota Auctoris damnati, operis cũ expurgatione permiſſi. – Carminibus vero, vel Epiſtolis exornativis ſectariorum apponenda debita nota, videlicet Ioſepho Scaligero, Iano Douſæ,Chriſtophoro Colero Profeſſori Altorphino, Cornelio Pynacro,Iano Grutero,Vrenhovio, Ritershuſio, & ſi qui alij ex ſectariis ſcriptores leguntur.

GEORGIVS Ludovicus Frobenius.

Philoſ. German.

GEORGIVS Lyſtenius.

GEORGIVS Maior.

German. Theolog. Profeſſ. Wirtemberg. Luther. Aug. Confeſſ.ſcribebat, & edebat Wirtemberg. Argentorati, Magdeburgi

burgi, Pariſijs, Baſileæ, Tubingæ, cum omnia eius opera prohibita ſint, potiſſimum Theologica prohibentur.

Eivs liber, qui inſcribitur, *Vitæ Patrum*, in uſum miniſtrorũ Verbi Dei, repurgatę Wirtemberg. 1578. nominatim prohib.

Georgivs Martinius.

Medicus, non ille alius I. Conſult. Marpurgenſis.

Georgivs Meckat.

Georgivs Montanea. *Phil.*

Georgivs Mylius.

Seu, *Müller*, German. Theol. Luth. Auguſt. confeſſ.

Georgivs Neccarus.

Georgivs Niger.

Georgivs Nigrinus.

Germ. Battenburgenſis, Theol. & Poëta Luthero-Calviniſta.

Georgivs Obrechtus.

I. C. Germ. & Academiæ Argentinenſis Profeſſ. Luther.

Eivs tractatus *de Iuriſdictione & Imperio*, qui circumfertur cum altero Regneri Sixtini, *de Regalibus*, opera, & ſtudio Othonis Melandri Mulhuſij, apud Martinum Spieſſium, 1611.

In 1. libri facie appone, *Melandro*, *&* *Obrechto*, notam Auctoris damnati.

In præfatione, quæ incipit, *Cur illuſtres*, &c. in ſubſcriptione adhibe ſuam notam, *Othoni Melandro.* — Deinde expungendũ eſt carmen Othonis Melandri Encomiaſticũ, quod incipit, *Quod facie profert*, &c.

Eivsdem de *Iuriſdictione* & Imperio, & foro competente libri quatuor, Argentorati 1617.

In pręfatione Ioannis Thomæ Obrechti, F. quæ incipit, *Iuriſdictionis, & Imperij*, &c. pag. 6. in fine, & pag. 7. initio, dele, *Pia recordationis*, & p. m. — Deinde expungenda duo ſequentia folia quinque poëmatum Encomiaſticorum.

Alia vero eiuſdem Obrechti opera, prohib.

Eivsdem vero tractatus de *Principijs Iuris*, Argentorati 1619. permittitur, adhibita nota.

Georgivs Oenopola, *Theol. Luther.*

Georgivs ab Olnhauſen.

Adoltzfurti Holhenlohicus, collega Argentoratenſis. Vide *Collegium Argentoratenſe*, 3. Claſſ.

Georgivs Paſor.

Theol. Calvino-Zuinglian.

Eivs *Etyma Nominum propriorũ*, itemq; *Analyſis*, Hebræorum, Syriacorum, & Latinorum vocabulorum, quæ in N. T. uſpiam occurrunt. Herbornæ Naſſoviorum, 1622. permittuntur.

Præfigenda poſt nomen Auctoris, nota damnati, & non niſi cũ expurgatione operis permiſſi. — Ex præfatione ad lectorem, quæ incipit, *Hactenus vocabula*, pagin. 4. ante medium, dele, *quæ ſunt gratuita peccatorum remiſſio.* — Pagin. 6. column. 2. ante medium, poſt illa verba, *unde eum coluerunt*, dele 9. lin. uſque ad, *Bella quatenus*, excluſive. — Pagin. 16. column. 1. initio, dele, *Et tale eſt hominis liberum arbitrium à lapſu.* — Pagin. 39. column. 2. ante mediũ, poſt illa verba, *ut genus, & ſpecies*, dele omnia uſque ad finem columnæ. — Pag. 79. column. 2. ad finem, poſt illa verba, *Filijs Dei dignam*, dele 8. lin. uſque ad finem eius §. initio, pagin. 80. poſt 4. lin. — Tandem in Latino Lexico Græco-Latino, in Præfatione, quæ incipit, *Nuper à me*, dele integram inſcriptionem, & deinde pagin. 2. poſt illa verba, *Latini indicis uſus*, dele reliquum totum Prefationis.

Eivsdem *Ethica Chriſtiana*, ex ſacris litteris collecta. Herbornæ Naſſou. 1610. prohib.

Georgivs Perſſerer, ſeu, *Perfferer.*

GEORGIVS Pictorius.

Philol. & Polit. German.

GEORGIVS Placius Appinga.

*Dammonenſis*, Subſcriptor Synodi Dordrecht.

GEORGIVS Princeps Anhaltinus.

Seu ab, *Anhalt*, Præpoſitus Magdeburgenſis, ac Miſnenſis.

GEORGIVS Raudt.

GEORGIVS Rauffungerus.

Lutheran. Melancthonianus.

GEORGIVS Reich.

German. Poëta, Lutheran.

GEORGIVS Remus.

Germ. Theol.-Zuingl. & I. C.

EIVS Notæ *in Prudentium*, vide, *in Prudentium*, littera P. 3. Claſſ.

GEORGIVS Rorarius.

GEORGIVS Sabinus.

Brandeburgicus, ſeu, *Brandeburgenſis*, Gener Philippi Melancth. Luther. Poëta.

EIVS *Cæſares Germanici*, carmine deſcripti permittuntur appoſita nota damnati Auctoris, *&c.* — Item eiuſdem quædam poëmata, vide tom. 5. Delic. Germanicarum.

Permittitur eius libellus de *Carminibus*, ad veterum imitationem artificioſè componendis, adhibita nota Auctoris damnati, & operis permiſſi. — Item permittitur in Ovidij libros Metamorphoſ. interpretatio, ſi corrigatur ut ſequitur.

Ex Georgij Sabini in Ovid. *Libros Metamorphoſ.* interpretatione Ethica, Phyſica, & Hiſtorica, Francof. apud Nicolaum Hoffmannum, 1608. — In ipſa inſcriptione, poſt illud, *Georgij Sabini*, dele ſequentia, & loco eorum repone, Auctoris damnati illaque prohibita, ſed cum expurgatione permiſſa. — In Dedicat. pagin. 4. ad medium, poſt illud, *Abſurdis allegoriis*, dele uſque ad, *Qui ut Proteus*, excl. — Lib. 3. fabula 7. pagin. 106. poſt illud, *Turba r*[...] &c. dele uſque ad, *Ite citi*, excluſ. — Li[...] 3. fabula 4. pag. 188. poſt illud, *Allego*[...] *eius fabulæ*, dele uſque ad, *quæ his verbis*, ex[...] cluſ. — Lib. 7. fabula 1. pagin. 222. poſt i[l]lud, *In Curiam Romanam*, dele uſque ad, *I*[...] *venes Aquilone*, excl. — Lib. 8. fabula [...] pag. 289. poſt illud, *In capite geſtarent*, de[...]le uſque ad, *Refert ad intelligentiam*, excl[...] — Lib. 9. fabula 11. pagin. 328. poſt illu[d] *Suam Antigonem*, dele uſque ad, *Quoque c*[...]*mæra*, excluſ. — Lib. 10. fabul. 2. pag[...] 348. poſt illud, *feris, & arboribus*, dele [...]que ad, *optandum eſſe*, excluſ. — Lib[...] fabul. 20. pag. 513. poſt illud, *dicta eſt h*[...] dele uſque ad, *erat autem hora*, excluſ.

GEORGIVS Salzhuber, *Phil*[...]

GEORGIVS Sartorius.

Collega Argentoratenſis, I. C. vide, *Collegium Argentoratenſe*, 3. Claſſ.

GEORGIVS Schmazing.

GEORGIVS Scoltz.

GEORGIVS Schonbornerus.

Seu, *Schonborner*, German. Hiſtoric. Po[li]ticus, Luther.

EIVS *Politicorum*, libri ſeptem, Fra[n]cofurt. 1628. & Lipſię, inſerta deſcriptio[ne] ſtatus, & ordinum Romani Imperij. Lip[]ſiæ, apud Iacobum Appellium, 1610.

In prima libri facie adhibe Auctor[is] notam damnati Auctoris, & operis cu[m] expurgatione permiſſi.

Deinde in præviis Epigrammatis i[n] Schombornerum, adhibēdæ notæ debi[tæ] damnationis, illorum Auctoribus, præci[]pue Othoni Melandro, Conrado Riter[]huſio, Caſpari Conrado, Ioanni Weid[ne]ro, Enrico Meibomio, Chriſtopho[ro] Neandro, Melchiori Laubano, & ſimi[li]bus ſectariis. — Poſtea ex ſyllabo Auct[o]rum delenda ſunt nomina *Philippi Mela[n]cthonis*, *Bezæ*, Hæreſiarcharum.

Libro 1. cap. 6. pag. 48. §. *Diſſolvitur ſe*[...]*cundo*, & pag. 49. §. *Quid de contagioſis*, ex[]punge nomen, *Theodori Bezæ*. — Libro [...]
cap[...]

cap.17.pag.173.ad medium, poſt illa verba, *lib.2.hiſtor.cap.* 25. dele uſque ad finem pagin. & deinde in pag.174. uſque ad finẽ capitis in fine paginæ. — Lib. 3. cap. 11. pag.263.lin.3. ab initio, poſt illa verba, *Inſtabile regnum eſt*, dele uſque ad pag.265. ad medium paginæ, & illa verba, *Quidquid illud ſit.* — Lib.4. cap.6. pag. 405. poſt illa verba, *Imperio Caroli Cæſaris*, dele uſque ad ſextum lineam ante finem paginæ, & illa verba, *Primum enim*, excluſ. — Poſtea in eodem capite pagin.413. §. *Iuriſdictio*, ab ipſo initio paginæ, & §. dele ſex lineas, uſque ad illa verba, *Ex inde ſequitur*, excluſive. — Et poſtea pag.416. linea 7. ante finem, dele integrum, §. qui incipit, *Miſera regnicolarum*, uſque ad medium pagin.417. & illa verba, *Homines proprij*, excluſive. — Pagin. 421. dele integrum §. qui incipit, *Vnde patet*, excluſive. — Lib.5.cap.8. pag 521.lin.10.ante finem paginę, poſt illa verba, *capit*.10. *numer.* 11. dele uſque ad finem capitis, ad finem pagin. ſequentis 522. — Cap.12.pagin. 524. lin.2. ante finem paginæ, ab illis verbis, *Sed quid ad hoc*, dele uſque ad lineam 11. pagin. 526. & illa verba, *Alia hic ſuboritur*, excluſive. — Cap. 28. pagin.550. poſt illa verba, *exercitium mutare*, dele uſque ad finem capitis, & paginæ. — Capit. 33. pagin. 558 lin. 5. ab initio, poſt illa verba, *Collegio competit*, dele 10. lineas, uſque ad, *Eſtque ea ſimilis*, excluſive. — Libro 7. pagin.690. poſt illa verba, *Ac rerum confuſio*, dele uſque ad finem capitis in fine pagin.691. — Vltimò tandem pagin.736. quæ eſt ultima totius operis, poſt illa verba, *Infirmum ſuſtentat, lapſum erigit*, dele ſex lineas, uſque ad illa, *Laus, honor*, &c. excluſ.

GEORGIVS Sflugerus, *Ph.*

GEORGIVS Shon, ſeu, *Sohon.*

Theolog. Luthero-Zuinglian.

GEORGIVS Sigelius.

German. Theol. Luther. Auguſt. confeſſ. Profeſſor Altorf.

GEORGIVS Silberſchlag.

Germ. Luther.

GEORGIVS Sohnius.

Germ. Theol. Luthero-Zuinglian.

GEORGIVS Sollingius, *Philol.*

EIVS Orationes habitæ in Gimnaſio Steinfurtenſi 1610. prohib.

GEORGIVS Spalatinus.

GEORGIVS Splinterus.

Germ. Theol. Luther.

GEORGIVS Stampelius.

German. & Philol. Theol. Lutheran. Auguſt. confeſſ.

GEORGIVS Tabinus, *Phil.*

GEORGIVS Thomſonus.

Phil. Anglus.

GEORGIVS Toye, vel, *Ioye.*

Bebfordienſis.

GEORGIVS Vogelmannus.

German. Polilog. Lutheran.

EIVS *Elegantiarum Latini Sermones*, Præceptiones. Magdeb. 1600. permittuntur appoſita nota præſcripta.

GEORGIVS Volger.

GEORGIVS Waltherus.

German. Theol. Luther. Auguſt. confeſſ. Melancth. non ille alius I. C.

GEORGIVS Weigammeierus.

Seu, *Weigemmaierus*, ſeu, *Weigunmeierus*, ſeu, *Weigammerus*, Theol. Philolog. Luther. Auguſt. confeſſ.

EIVS *Inſtitutiones*, linguę Hebraïcæ, per tabulas digeſtæ duobus libris. Wirtembergæ, apud Schurerum 1603. — Et Eiuſdem tractatus, *Abbreviaturarum*, omnium Linguæ ſanctæ. Tubingæ, apud Cellium, 1605.

Per-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Permittuntur,utrobique autem adſcribenda nota Auctoris damnati, & operis permiſſi.

GEORGIVS Weinrichius.

Seu, *Weinreich*, Theol. Lutheran.

GEORGIVS Weigunmeier, *Ph.*

GEORGIVS Wilhelmus de *Sinna.*

Theolog. Luther.

GEORGIVS Winther.

Neotreptovienſis, Pomeramus I. C. Luth. Collega Argentoratenſis, vide, *Collegiũ Argentoratenſe.* 3. Claſſ.

GEORGIVS With.

Seu, *Wirſt.*

GEORGIVS Zeæmannus.

Theolog. Luther.

GEORGIVS Zieglerus.

GERARDVS Dornerus.

Niſi ſit idem, qui ſequitur ſub alia, ſimili tamen compellatione Lutheran.

GERARDVS Dorne.

Seu, *Dornæus*, Germ. Phil. Luther. Medicus, & Chimicus, Paracelſiſta.

GERARDVS Eobanus, *Gendelhaurius.*

Seu, *Gerhardus Eobanus Gendelhaurius*, Theol. Cal. Noviomagus, ex Gallia-Belgica, Apoſtata à profeſſione Religioſa, & fide Catholica, Hiſtoricus Luther.

GERARDVS Giecleknius.

Seu, *Gieſcenius*, Theol. Luther. Calvin.

GERARDVS Giſichenus.

Seu, *Giæſechenius*, Oldemburgius, I. C. Ph[illegible] & Theolog. Luther. Auguſt. confeſſ.

GERARDVS Iacobus.

Poëta.

EIVS, *Exercitium vitæ Beatæ Virg*[illegible] 1609. permittitur, adhibita nota Au[illegible] & operi.

GERARDVS Ioannes Voſſi[illegible]

Ruremundanus, in Diœceſi Heide[illegible] genſis Paſtor, deinde Theologiæ Pr[illegible] feſſor Steinfurtenſis, demum Leiden[illegible] Eloquentiæ, & Chronologiæ Profeſſor.

GERARDVS Ioannes *F. Vo*[illegible] *ſius.*

Heidelbergenſis, Phil.

GERARDVS Liſtrius.

Rhenenſis Batavus, Hiſtoric. Germ[illegible] & Poëta Lutheranus.

GERARDVS Neomagus.

Seu, *Neomagius*, ſeu, *Naumagus*, ſive, *N*[illegible] *magus*, I. C & Hiſtor. Luther.

GERARDVS Segarelli Perg[illegible] men.

Seu, *Sagarellus*, Theologus Pariſienſis, [illegible] tione Italus.

GERARDVS Tuningius.

Hollandus I. C. Calviniſta. In Acad[illegible] Lugduno-Batava. Legum Profeſſor.

EIus in quatuor libros Inſtitutionũ I[illegible] ris civilis Iuſtiniani Cõmentarius, [illegible] adverſariis Auctoris collectus ac nũc pr[illegible] mum editus ab *Arnoldo Vinnio I. C.* Lu[illegible] duni Batavorum, ex officina Elzeveri[illegible] 1618. permit.

E

Ex prima libri facie,& inſcriptione,poſt *Gerardi Tuningij*, adde, *Auctoris damnati.* —Poſteà,poſt illa verba,*nunc primum editus*.adde, *prohibitus*, *ſed cum expurgatione permiſſus*.Poſt verò,*ab Arnoldo Vinnio I. C.* adde,*Auctore damnato.*

In Gerardi Tuningij vita, *à Daniele Heinſio conſcripta*,poſt ea ipſa verba,adde Heinſio,*Auctore damnato.*—Et pag. 1. huius vitæ,ad finem,poſt illa verba, *In portu rediront*,dele tres lineas,uſque ad, *domum reverſus*,excluſive.—Poſt vitam,dele Epitaphium Tuningij ſcriptum à Daniele Heinſio,quod incipit,*Si qua peregrinus*,&c. —Deinde expunge quod ſequitur Encomium dictum *Arnoldo Vinnio*, poſitum à *Petro Scriverio*,ſcriptore quoque damnato. —Tandem dele integram, *adlocutionem*, cum inſcriptione, *Ad celebres Academiæ Leidenſis profeſſores*,&c.ſcriptam à *Ph. Guthero à Dideriexlant*, ſcriptore quoque damnatæ memoriæ.

GERMANVS Beyer.

GILBERTVS Cognatus.

*Nozerenus*, qui fuit Eraſmi Amanuenſis, Baſileæ,& Friburgi,Theol. Zuinglian.

Permittuntur vero eius *Annotatiunculæ in Horatium*,adhibita nota Auctoris damnati,& operis permiſsi.

GILBERTVS Iacchæus.

Britannus,ex Abrædonia, Medicinæ, & Philoſ.Profeſſor Leidenſis.

EIVS *Institutiones Phyſicæ*, *Metaphyſicæ & Medicæ*, permittuntur, appoſita nota, Auctoris damnati,& operis permiſsi.

GILBERTVS Boetius.

Heuſdanus, ex Auctoribus Synodi Dordrechtanæ.

GODEFRIDVS Antonius.

Seu, *Antonij*, ſeu, *Gothofredus*, Profeſſor Gieſſenus,I.C.Germ.Luth.

GODEFRIDVS Florinus.

Seu, *Gothofridus*, German.Theolog. Luther.Auguſt.confeſſ.

GODEFRIDVS Hirinus. *Theol.*

GODEFRIDVS Iungermannus.

Lipſienſis,Philol.& Hiſtoricus.

EIVS in *Iulij Cæſaris Commentarios*,adornatos notis,adnotationibus, commentarijs. Francof. apud Claudium Marnium, 1606.& ex alia etiam maiuſcula editione, corrige.

Poſt appoſitam notam Iungermano,in averſa primi folij facie, appone notam damnati Auctoris Rhelicano, Glandorpio,Camerario,Hotomano.—Item eiuſdem Præfatio ad *Philippum Ludovicum.*— Item & ad Lectorem candidum, in *Herodoti* Hiſtoriarum libros. Francof. apud Claudium Marnium,1608.

Permittuntur, appoſita nota conſueta Auctori & operi.

GODEFRIDVS Vdemanus. *Zirizeanus.*

Confirmator,& Subſcriptor Synodi Dordrecht.

GODEFRIDVS Vogler.

Helmeſtadienſis,Phyſicus Verdenſis.

GODEFRIDVS Schmill. *Phil.*

GODESCHALCVS Cherbachius.

*Philoſophus.*

GORCINIANVS.

GORGONICVS Calviſius. *Phil.*

GOTFRIDVS Schluter.*Th.L.*

GOTHARDVS Arthus Dantiſcanus.

Seu, *Arthuſius*,German. Theol. Lutheran. Augu-

Auguſtanæ confeſſ. & Hiſtoric.

Eivs *Hiſtoria Chronologica Panoniæ*, additis Iconibus Regũ, & tabula Chronogr. Hungariæ. Francof. permittitur, appoſita nota Auctoris damnati, & operis permiſsi. —Item eiuſdem de *Nundinis ſemeſtribus*, Francof. apud Latomum. — Item eiuſdẽ pars nona & decima *Indiæ Orientalis*, ſimiliter, & cum eadem nota permittuntur.

Eivs *Mercurius Gallo-Belgicus*, ſive, *Rerum in Gallia, & Belgio, potiſsimum*, &c. prohib. utcumquè prodierit vel prodeat.

GOTTLIEB Schneider.

Monaſterienſis Alſatus, I. C. collega Argentoratenſis. Vide *Collegium Argentoratenſ.* 3. Claſſ.

GREGORIVS Berſmannus.

Seu, *Berſemannus*, Annæbergenſis. Germanus, Poëta Lutheranus.

Eivsdem *Erotemata Dialectices*, novis quæſtionibus illuſtrata. Lipſiæ, apud Graſſium, 1602.—Eiuſdem, *Erotemata Rhetorices*, ibidem.—Scholia *in Lucanum* Lipſ. 1586. — Permittuntur appoſita præſcripta nota Auctoris & operis.

Eivsdem, *Sapientiſsimi Phile*, de Animalium proprietate, cum Auctario Ioachimi Camerarij, expoſita eodem metro verſuum Latinorum. Ex Typographæo Hier. Commelini, 1596. Lipſ. 1579. permittitur.

Poſt appoſitam notam pręſcriptam Berſmanno, & Camerario & operi, cum expurgatione permiſſo. — In Præfatione Berſmanni, quæ incipit, *Lucanum inter, &c.* pag. 22. poſt illa verba, *In halcyone nobis propoſita*, dele uſque ad. *Atque conſtat*, excluſ. —Et pag. 23. poſt illa verba, *Qui maria navigant, non ignorant*, dele uſque ad, *Verum enim vero*, excluſ.

GREGORIVS Bruck.

GREGORIVS Caſelius.

GREGORIVS Giraldus.

Alius ab illo Ferrarienſi, qui dicitur *Lilius*.

GREGORIVS Pauli.

GREGORIVS Perlitius.

Lubenenſis, German. Theol. Lutheran. Auguſtanæ confeſſ.

GREGORIVS Richterus Gorlicius.

GREGORIVS Schonfeldius.

Seu, *Sconfeld*, German. Theolog. Luthero-Zuingl.

GREGORIVS Werſer.

GREGORIVS Zarnovezius.

Polonus, Theolog. Lutheran. Auguſtanæ confeſſ.

GRINÆVS Simon.

GVALTERVS Balcanquallus.

Eivs quædam Poëmata, vid. 1. tom. delic. German. Scoto-Britannus, ex Auctoribus, & Subſcriptoribus Synodi Dordrecht.

GVALTERVS Brittæ.

GVALTERVS Donaldſonus.

Scotus, Philoſoph. Calvin.

GVALTERVS Mapus.

Seu, *Mapes*, Anglus, Salisburienſis, Lincolnienſis, Archidiaconus.

GVALTERVS Tygurinus.

Seu, *Gualterius* Zuingl.

GVILIELMVS Alardus.

German. Theol. Luth. Auguſt. confeſſ.

GVILIELMVS Aurifex.

Gvi-

GVILIELMVS, ſive, *Wilhelmus* Barlouve.

Anglus, ex Oſtro-Saxiæ comitatu, Theolog. Lutheran. Pſeudo-Epiſcopus Bathonienſis, ac Wellenſis.

GVILIELMVS Bidembachius.

Germanus, Theolog. Lutheran. Auguſtan. Confeſſ.

GVILIELMVS Bareth.

GVILIELMVS Boekelius.

*Sendalius Marchiacus.*

EIvs *Viſiones*, ſive, *Diſquiſitiones publicæ*, de publicis Iudicijs. Francofurt. 1628.

Poſt appoſitam notam Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi. Ex epiſtola dedicatoria, quæ incipit, *In tota hac totius*, pag. 14. poſt tres lineas, dele, totum §. qui incipit, *Nimia quoque aſperitas*, uſque ad pagin. 15. poſt initium, in §. *Deploranda potius*, excluſ. — Et pagin. 24. ad medium, in §. *Vos etiam*, poſt illa verba, *Promotos voluiſti*, dele 23. lineas, uſque ad §. *Conſimile favore*, excluſ. — Ante opus vero ipſum, ſciat Lector hunc Auctorem problematicè omnia in utramque partem tractare oppoſitis inter ſe utriuſque paginæ columellis, & interdum alteram, videlicet priorem ex ſectariorum ſententia, alteram ex ſana & Catholica orthodoxorum doctrina, quod fuit notatu dignum, ne diverſa, imò contraria confundantur.

Diſquiſit. pag. 10. columna 1. dele integrum num. VII. in §. qui incipit, *Neque interrogare*. — Diſquiſit. 4. pagina 32. colum. 2. dele totum §. qui incipit, *Verum enim verò*, uſque ad finem huius columnæ. — Et prętere in pagin. 33. deleatur item tota columna ſecunda, quę incipit. *Leo IV.* — Et deinde pagin. 34. deleatur colum. 2. quæ incipit, *Contrarium tenentem*, uſque ad finem columnæ. — Et pagin. 35. deleatur item columna ſecunda, quę incipit, *Dein eodem*. — Et pagin. 36. item deleatur colum. 2. quæ incipit, *Catholici ſolent*, uſque ad num. 7. excluſivè. — Diſquiſit. 6. num. 2. pag. 105. colum. 1. ad medium, poſt *Papa Pius*, dele, *Impius potius*. — Pagin. 136. unde incipit Tractatus de *Duello*, in utramque partem diſputatus, cavendum & ſcribendum in margine, *Ne putet Lector eſſe licitum, niſi certis quibuſdam limitationibus, & conditionibus*, quòd notandum in margine à num. 13. in colum. 2. & ſequentibus columnis ſecundis, uſq; ad finem huius diſputationis. — Pag. 185. n. 27. in col. 2. & ſequentibus uſque ad n. 29. ubi incipit, *Tractare, de potentia diaboli in transformatione hominum, & ſubſtantiarum*, quamvis diſputatione auctor procedat, Lector cautus eſto, in ijs, quæ in ſecundis columnis ſcribũtur, quod pleraque hauſta ſint ex auctoritate, & doctrina ſectariorum. Et eadem cautio adhibenda à num. 30. ubi agitur. *De poteſtate lamiarum, & ſagarum*, uſque ad num. 32. — Diſquiſit. 8. pagin. 251. colum. 2. §. *Hoc ſeculo*, poſt illa verba, *Aiunt adverſarij*, dele tres lineas uſque ad, *Cum æquivocatione*, excluſivè. — Diſquiſit. 12. pagin. 286. numer. 2. colum. 1. §. *Cuius Simoniæ*, dele uſque ad finem huius primæ col. Et item primam in pag. 287. & iterum primam in pag. 288. & denique primas in pag. 289. 290. uſque ad §. *Proinde concurrit Papa*, excluſ. — Pagin. 305. *Coronis Iurid. Politic. Hiſtor:* ſed. pag. 314. colum. 1. à §. *Et cum divinitas*, incluſivè expunge reliquum huius coronidis per tria ſequentia folia, uſque ad indicem excluſ.

GVILIELMVS Bucanus.

German. Theolog. Calvino-Zuinglian.

GVILIELMVS Camdenus.

Seu *Wilelmus*, Anglus, Hiſtoricus, Calvin.

EIVS *Britannia*, ſive Regnorum Angliæ, *Scotiæ*, Hiberniæ, *&c.* deſcriptio. Francofurti, apud Ioannem Wechelum, 1590.

In prima operis inſcriptione, *Guilielmo Camdeno*, adde, *Auctore damnato*, & poſt illud, *In lucem edita*, adde, *Prohibita quidem, ſed cum expurgatione permiſſa.* — Epiſtola dedicatoria, quæ incipit, *Annus iam agitur decimus*, delenda tota cum titulo. — Pagin. 4. ante med. poſt illud, *Fuerit feliciſsima*, dele uſque ad illud, *Veriſsimè uſurpari*, excluſ. — Pagin. 9. ad medium, poſt illud, *Quæ ſunt remotiſsima*, &c. dele uſque ad, *Exiſtimat gentes.* — Pagin. 10. poſt medium, dele notam marginalem, *Philip. Melancthon.* — Pagin. 40. poſt medium, ibi, *Metaphraſtis Græculi fidem*, dele, *Græculi.* — Pagin. 59. poſt medium, poſt illud, *Scotum hic omitto*, dele uſque ad, *Sin excultu*, excluſ. — Pag. 61. propè medium

ad finem, poſt illud, *Non acclamo*, dele uſque ad, *Non enim è libris*, excluſ.—Et pag. 64. in fine, poſt illud, *Ioannes Caius*, dele uſque ad, *Quod apud Gildam*, excluſ. — Pag. 66. ante med. ibi, *Non ſolum Monachi eruditè*, dele, *Monachi*, & ad finē, in nota marginali dele, *Melancthon.* — Pagin. 83. ſub initium, poſt illud, *Auctoritate munitus*, dele uſque ad, *Qui cauſa*, &c. excluſ. — Et paulò inferius, ibi, *Votis fatigavit*, pro, *Fatigavit*, reſcribe, *Imploravit, & donarijs oneravit*, lege, *Exornavit.* — Pagin. 88. ad medium, poſt illud, *Cenſuris Pontificis Romani*, dele uſque ad, *Abſolverentur*, excluſ. —Ibid. verſus finem, poſt illud, *Magiſtratuum ſordes*, dele uſque ad, *Alij in comitem*, excluſ.—Et paulò inferius, poſt illud, *quòd dum*, dele uſque ad, *Suſcipiendæ prolis*, excl. —Pag. 100. ante medium, poſt illud, *Quas nunc obtinent*, dele uſque ad, *Matthæus Parcherus*, excluſ. — Et poſt, *Matthæus Parcherus*, dele uſque ad, *His ſuis verbis oſtendit*, excluſ. — Pag. 118. ante medium, poſt illud, *Apparuiſſe prodiderunt*, dele uſque ad, *Ad huius radices*, excluſ. — Pagin. 122. poſt med. *Etiam Hibernicus (ſi credere libet) decem Hiberniæ*, dele, *Si credere libet.* — Pagin. 129. poſt medium, ibi, *Eruditum, & coniugatum*, dele, *Et coniugatum.*—Et mox. poſt illud, *Hic floruiſſe*, dele uſque ad, *Interius non procul*, excluſ. — Pagin. 136. poſt medium, ibi, *Nectani ſanctuli*, pro, *Sanctuli*, reſcribe, *Sancti*, & ibi, *Quæ Nectanum, tanquam Neptunum coluit*, dele, *Tanquam Neptunum*, & ſtatim ibi, *Evaſiſſe, credulo errore ſibi*, dele, *Credulo errore.* — Pagina 137. in fine, ibi, *Hierytha Diva nupera requievit*, dele, *Nupera.* — Pag. 159. ſub initium, poſt illud, *Sed tandem Dunſtanus*, dele uſque ad, *Monachos ſcilicet*, excluſ.—Pag. 175. poſt medium, poſt illud, *Acceſſionem adiunxerunt*, dele uſque ad, *Tunc redditus*, excluſ.—Ibidem, ad finem, ibi, *De ſacerdotum cælibatu tumultuaretur*, pro, *Tumultuaretur*, reſcribe, *Ageretur.* — Et ibi, *Conciliabulum in quo ordines*, pro, *Conciliabulum*, ſubſtitue, *Concilium*, vel, *ædificium.* — Pag. 176. initio, poſt illud, *Quod miraculum*, dele uſque ad, *Monaſticum inſtitutū*, excluſ. — Ibidem, poſt medium ibi. *Quem è ſacrificulo ad ſecundam*, pro, *Sacrificulo*, lege, *Sacerdote.* —Pag. 181. ad medium, poſt illud, *affatim copioſa*, dele uſque ad, *Sorbiodunum iam*, excl. — Pag. 186. ante mediū, ibi, *Divam Eliſabetham*, dele, *Divam*, & poſt, *Eliſabetham*, dele uſque ad, *Cæterum Eduvardus*,

excluſ.—Pag. 189. à medio, poſt illud, *p*
*Angliam inſtituerunt*, dele uſque ad, *Vern*
*ne tantus*, excluſ.—Pagin. 195. in fine, *ib*
*Aluredus coniugatis presbyteris*, dele, *coniu-*
*gatis.* — Et ibi, *Qui poſtea neſcio quo mirac-*
*lo*, dele, *neſcio quo.* — Pag. 203. poſt medi
ibi, *Dum Monachi fabellis*, dele, *monachi.*—
Pag. 211. ſub initium, ibi, *à ſuperſtitioſo cu-*
*tu capitis neſcio, cuius virginis Britann*
dele, *ſuperſtitioſo*, &, *neſcio cuius.* —Pag.
212. prope mediū, ibi, *Deſpectat, Diva*, de-
le, *Diva.* — Pag. 218. ſtatim à medio, p
illud, *Inter Divos referendo*, dele uſque
*Sub hoc*, excluſ. — Pag. 225. ſub initiū, p
illud, *quod illi paulatim adauxerunt*, dele
que ad, *Huic contiguum eſt*, excluſ. — P
237. in fine, ibi, *Iuxta ac nobilem Diva*,
le, *Diva.* — Pag. 243. ad medium, po
lud, *magnifice adduxit*, dele uſque ad, *hu*
*tergo*, excluſ. — Pag. 249. prope medi
ibi, *quam Diva*, dele, *Diva.* —Pag. 252. a
med. ibi, *Quas ſuperioribus ſæculis ſuperſti-*
*tio ſuggeſſit*, dele, *Superſtitio*, & repone, *de-*
*votio.* Et paulò inferius, ibi, *Regi pervicaci*
*animo oppoſuiſſet*, dele, *pervicaci animo.* —
Et infra, poſt illud, *Opibus undique*, dele
uſque ad, *Nec ulla alia*, excl.—Pag. eadem
in fine, poſt illud, *Angliæ potentiſſimi*, dele
uſq; ad illud initio ſequentis paginæ *al-*
*rum templū*, excluſ. —Pag. 253. verſus fi
poſt illud, *Angliæ dicerentur*, dele uſque
*Cæterū polus*, excl. —Pag. 258. ad medi
ibi, *à Divo illo nupero*, dele, *nupero.* —Pa
264 ante med. ibi, *Sed optimi Regis ſtudi*
dele, *optimi.* Et ibi, *Inſtaurandum Diva n*
*ſtra*, dele, *Diva.* — Pag. 269. ibi, *Cant*
*Diva noſtra*, dele, *Diva*, & poſt illud, *Fra*
*ſucceſſit*, dele uſque ad, *habet hæc provinc*
excluſ. —Pag. 280. ſub initiū, ibi, *In ſpin*
*ſa illa Scholaſticorum Theologia*, dele, *ſpino-*
*illa.* — Ibidem poſt mediū, ibi, *Et ſacrifi*
*in Martyrum*, dele, *ſacrifici.* —Pag. 287. ſub
initiū, poſt illud, *Sacra ſuis ſuffragiis*, dele
uſque ad, *Henrici II.* excl.—Pag. 288. poſt
mediū, ibi, *oculis (ut ſcribunt Monachi) cap-*
*tus*, dele, *(ut ſcribūt Monachi.)* —Pag. 290.
ad med. poſt illud, *Salutata Frideſvida*, de-
le uſque ad, *Frequētia hic Comitia*, excl.—
Pa. 291. ſub initiū, poſt illud, *novis operib*
*inſtauravit*, dele uſque ad, *Eduvardo prim*
excluſ. —Pag. 293. ante mediū, poſt illud,
*Auſpicijs iacet*, dele uſque ad, *Sed quid ha*
excluſ. — Pag. 294. poſt mediū, ibi, *Quem*
*Diva*, dele, *Diva.* — Pagin. 301. in medio,
poſt illud, *Comite ſuperbit*, dele uſq; ad, *Ve-*
*rum Comitū Bedfordiæ*, excluſ. — Pag. 320
poſt

poſt medium, ibi, *Maritoque à Sacrificulis perſuaſa*, pro, *Sacrificulis*, reſcribe, *Sacerdotibus.* — Pag. 305. ante medium, ibi, *Noſtro tempore Divæ*, dele, *Divæ.* — Pagin. 308. ad finem poſt illud, *Franciſcus filius*, dele uſque ad, *Sequutus eſt*, excluſ. — Pag. 316. initio, poſt illud, *In Eccleſiam liberalitatem*, dele uſque ad, *Intuearis*, excluſ. — Pag. 329. initio poſt illud, *Londinenſis Epiſcopus*, dele uſque ad, *Quamvis autem*, excl. — P. 330. ante med. poſt illud, *Conſecratum, qui*, dele uſque ad, *Archiepiſcopatus inſignia*, excl. & mox poſt illud, *à Londino*, dele uſque ad, *Cantuariam tranſtulit*, excl. — Pag. 332. poſt medium, ibi, *Sereniſſ. Diva.* dele, *Diva.* — Pag. 335. ſub initium, poſt illud, *Vulgus Diva*, dele, *Diva*: & in medio, poſt illud, *Sacris ita fulget*, dele uſque ad, *Eccleſias enim*, excluſ. Et poſt illud, *Viginti numerat*, dele uſque ad, *Præter noſocomia*, excluſ. — Pag. 336. ante medium, ibi, *Vrbs pietate potens, numeroſo*, dele, *Pietate potens*: & ibi, *Quæ nova doctrinis Lutetia mercibus*, dele, *Doctrinis Lutetia*: & ibi, *Altera Romana viris*, dele, *Viris.* — Pa. 338. poſt medium, ibi, *è cuius propagine Diva noſtra.* dele, *Diva.* — P. 351. ſub initium, ibi, *Primis Divæ noſtræ*, dele, *Divæ.* — pag. 353. ad finem, ibi, *Soror erat & Divæ*, dele, *Divæ.* — pag. 378. in medio, poſt illud, *Sed patrum memoria*, dele uſque ad, *Hæc diſparuerunt*, excluſ. — pag. 384. ſub initium, poſt illud, *Altera Angliæ Academia*, dele uſque ad, *Ad Camum ſedet*, excl. — Et paulò inferius, poſt illud, *& quatuordecim*, dele uſque ad, *Collegijs*: & poſt illud, *Omnia nitent*, dele uſque ad, *Niſi quod è paluſtri*, excl. — pag. 385. ad finem, poſt illud, *Anno Salutis* 1546. dele uſque ad, *Exædificarunt*, excluſ. — Pag. 386. à medio, poſt illud, *Sed nihil me interpono*, dele uſq; ad, *Vereor tamen*, excluſ. — Pagin. 388. ſub initium, poſt illud, *Quod ſubtexit*, dele uſque ad, *Tacitus prætermitto*, excluſ. — Pag. 401. ante medium, ibi, *Rumbaldi Sanctuli*, pro, *Sanctuli*, reſcribe, *Sancti*, & ibi, (*Vt ſcribunt ſacrifici,*) pro, *Sacrifici*, lege, *Auctores.* — Pagin. 407. ad finem, poſt illud, *Exturbatis Monachis* dele uſque ad *Henric. VIII. Præbendarios*, excl. — Pag. 410. verſus fin. poſt illud, *Baronum de Verdō*, dele uſq; ad, *Hinckley ſuperius*, excl. Ibid. tolle quoque notam marginalem. — Pag. 417. ſub initium, ibi, *Cinxit Diva noſtra*, dele, *Diva.* — Pagin. 419. ſub initium, poſt illud, *& Rihall*, dele uſque ad, *Sed nova hæc ſunt*, excluſ. — Ibidem dele etiam notam marginalē. — Pag. 422. ante medium, poſt illud, *Tibi deſcriberem*, dele uſque ad, *Superius ad eundem*, excluſ. — Pag. 425. propè medium, ibi, *Mulieribus ſectam inſtituit*, pro, *Sectam*, lege, *Religionem*, & poſt illud, *Vivus habuerit*, dele uſque ad, *Inde Fokingham*, excluſ. — P. 427. à medio, ibi, *Henrici Octavi Dotariæ*, pro, *Dotariæ*, lege, *Vxori.* — P. 430. à medio, poſt illud, *Lincoliam tenuerit*, dele uſque ad, *Vrbs etiam ipſa diu floruit*; excluſ. — Pag. 431. ante medium, poſt illud, *Vſvvaldum celebrare*, dele uſque ad, *De illa enim ſcribit*, excluſ. — Pag. 438. initio, poſt illud, *Religioſis implevit*, dele uſq; ad, *Stephanus enim Rex*, excluſ. — P. 450. in fine, ibi, *Nuper verò ex Divæ*, dele, *Divæ.* — Pag. 454. ad finem, ibi, *Divæ noſtræ Eliſabeth*, dele, *Divæ.* — Pa. 457. ad med. poſt illud, *Eduxiſſe ſcriberem*, dele uſque ad, *Cum illum ob iuris*, excluſ. — Pagin. 458. poſt medium, ibi, *Presbyteri coniugati diu*, dele, *Coniugati*, & poſt illud, *Religioſi in Anglia*, dele uſque ad, *Vitam traducerent.* Dele ibidem notam marginalem. — Pag. 466. poſt med. ibi, *Aureis rationibus ab Offa* dele, *Aureis*, & paulò inferiùs, poſt illud, *Vt inquit Beda*, dele uſque ad, *Fecerat ſibi manſionem*, excluſ. — Pag. 467. poſt medium, ibi, *In Sanctarum catalogum, irrepſit*, pro, *Irrepſit*, ſubſtitue, *Adſcripta eſt.* — p. 476. ad finem, ibi. *Auguſtinenſium Fraterculorum cœnobia*, pro, *Fraterculorum*, lege, *Fratrum.* — Pag. 524. poſt medium, ibi, *Calphurnius enim presbyter Britannus*, dele, *Presbyter.* — Pag. 544. poſt medium, ibi, 1566. *Diva noſtra*, dele, *Diva.* — Pag. 545. poſt med. ibi, *Redditibus ex Divæ*, dele, *Divæ.* — Pag. 548. ad med. poſt illud, *Archiepiſcopali iure*, dele uſque ad, *Conferre ſolebat*, excluſ. — Pag. 551. ad finem, ibi, *Diva noſtra*, dele, *Diva.* — Pag. 558. parum à medio, poſt illud, *Opinionem conſervavit*, dele uſque ad, *Vnde peregrinatio*, excluſ. — Pag. 565. inferiùs à medio, poſt illud, *Quæ dubia fama*, dele uſque ad, *Detinebatur.* — Pag. 597. ſub initium, ibi, *Non exiguam ſacrificulorum noſtrorum*, pro, *Sacrificulorum*, reſcribe, *Sacerdotum.* Ibidem ad med. poſt illud, *Nomen impertijt*, dele uſque ad, *Levatras verè fuiſſe*, excluſ. — Pagin. 600. ante medium, poſt illud, *Incorruptumque duraſſet*, dele uſque ad, *Sed etiam ampliſſ.* excluſ. — Pag. 601. ante medium, ibi, *Iacobus Pilkintonus Epiſcopus, Divam*, dele, *Epiſcopus, Divam.* Et poſt illud, *Agro proſcriptorum*,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dele uſque ad, *In ius vocavit*, excluſ.—P. 605. ante medium, ibi, *Hic tandem oraculo, ſi credere libet admoniti*, dele, *Si credere libet.*—P. 607. ante medium, ibi, *Nunc gerit Doct.* dele, *Doct.* & poſt, *Matthæus*, dele uſque ad, *Nihil eſt quod*, excluſ.—P. 609. ad medium ibi, *Claruit ut Romana Apotheoſi*, dele, *Romana.* — Pag. 620. ſub initium, ibi *Vbi Fraterculi ſuum clauſtrum*, pro, *Fraterculi*, lege, *Fratres.* — P. 628. poſt med. poſt illud, *Comitem Carolum*, dele uſque ad, *In hoc Comitatu*, excl.—P. 630. initio, ibi, *Cuius ſanctitati miracula ridicula affinguntur*, dele, *Ridicula:* & pro, *Affinguntur*, reſcribe, *Tribuuntur.* Ibid. ad fin. ibi, *Sereniſſ. Divam*, dele, *Divam.* — P. 631. initio, ibi, *Lis ſecundum D. Reginam*, dele, *D.* — Pag. 633. circa medium, poſt illud, *Sic enim illa ſe habet*, dele uſque ad, *DEO SANCTO*, excluſ. — Pag. 659. poſt med. ibi, *Maximè verò Diva noſtra*, dele, *Diva.* — Pag. 660. initio, ibi, *Etiam D.* dele, *D.* — P. 661. ad fin. poſt illud, *Dignitatem reſtituit*, dele uſq; ad, in fin. pag. — Pag. 664. poſt med. ibi. *Verum Diva noſtra*, dele, *Diva.*

EIUSDEM Hiberniæ, & Inſularum Britanniæ adiacentium deſcriptio. Francofurti, excudebat Ioannes Wechelus, 1590. circunfertur ſimul cum Britannia.

In ipſa operis inſcriptione, poſt, *Camdeno Londonienſe*, adde, *Auctore damnato: prohibita, ſed cum expurgatione permiſſa.* — P. 684. ante medium, poſt illud, *Famuletur ad votum*, dele uſque ad, *Re ipſa cupiebant*, excluſ.—Pag. 686. à medio, poſt illud, *Pontifici Rom. ſolverent*, dele uſque ad, *Iam inde Anglorũ*, excl.—Dele etiam ibidem notã marginalem. — Pag. 690. ante medium, poſt illud, *Deſmoniæ Comes*, dele uſque ad, *Aſſiduis agrorum*, excluſ. — Et mox poſt illud, *Ore vocarunt*, dele uſque ad, *Arthurij Grei*, excluſ. — Et poſt medium, poſt illud, *Capiteque truncatus*, dele uſque ad, *Ganganis ſubiecta eſt*, excluſ. — Pag. 691. ante medium, ibi, *Latifundia ſua Diva*, dele, *Diva:* & à medio, poſt illud, *Ab eo Comitem*, dele uſque ad, *Quem dixi*, excluſivè. — Pagin. 692. ad medium, poſt illud, *Statio ſatis tuta opponitur*, dele uſque ad, *In huius vicinia*, excluſ. — Ibidem, poſt medium, poſt illud, *Quæ in honorem*, dele uſque ad. *Fragmenti Crucis*, excl. — P. 707. ſub init. ibi, *Antiquum à profligatiſſimo rebelle*: dele profligat. reb. & poſt med. ibi, *A ſecretis præclaro auſu*, dele, *Præclaro auſu.* — Pa. 708. ante med. ibi, *Conceſſit Diva*, dele, *Diva.* — Pag. 710. ante medium, ibi, *Im[...] traſſe creduli affirmant*, dele, *Creduli.*— 711. à medio, poſt illud, *Anglo reddat*, d[...] uſque ad, *Locus nunc poſtulat*, excluſivè.— Pag. 715. ſub initium, poſt illud, *Lat[...] tes interficiunt*, dele uſque ad, *Ad ter[...] quodlibet*, excluſ. — Pagin. 725. à med[...] poſt illud, *Epiſtola quam*, dele uſque ad [...] *nes, Mereyck*, excluſ. Et poſt, *Mereyck*, d[e]le uſque ad, *Ad me ſcripſit.* — Pag. [...] verſus finem, poſt illud, *Beatiores* [...] *quod*, dele uſque ad, *Cauſidicos, & lupos*, [ex]cluſ.—Pag. 757. initio, poſt illud, *A[...] auctoritatem*, dele uſque ad, *Abiuran[...] ſaret*, excluſ.—Ex indice delenda, *H[...] nia nunquam Romanæ Eccleſiæ feuda[...] Presbyteri coniugati.* — *Vxores ſac[...] bus in Anglia primum interdictæ.*

EIUSDEM *Annales rerum Anglica[rum] & Hibernicarum*, regnante Eliſabetha [ad] annum 1589. Francof. ad Mænum, typ[is] Ioannis Bringeri, 1616.

Apponenda nota ſolita Auctori, & ope[ri].—In Præfatione verò lectori fol. 2. pa[g.] 2. poſt quinque lineas, & illa verba, *Adm[o]dum deſerbuit*, dele duas lineas, uſque, [...] *avidiſſima.*—Et pag. 7. lin. 7. ab initio, de[le] *Summa fidei, & modeſtiæ laude.*

Ex apparatu pag. 15. ante medium, [poſt] illa verba, *Non poſſet fieri licitum*, dele [quin]que lineas uſque ad, *Rex in amorem.*—P[ag.] 17. poſt medium, dele, *Protervia En[...] ſticorum quorundam.* — Pag. 19. lin. [...] initio dele, *Placitè, & Chriſtianè.*—[An]no 1557. pagin. 32. initio, poſt illa ve[rba] *Quam ſatis laudata*, dele 3. lineas uſque [ad] *Plures enim*, excluſivè.

EX PARTE PRIMA.

Anno 1553. Pagin. 35. lin. 10 à prin[ci]pio, dele, *Ad veritatem.* — Anno 1559. pa[gin.] 4. ab initio, & deinde poſt Matthæ[um] Porrekerus, dele, *Virpius*, Et poſt duas [li]neas, dele, *Rite electus.*—Et linea 11. an[te] finem, dele, *Aſſertum ſacrarum Litterar[um] interpretem.* — Pag. 55. linea 8. ab ini[tio] dele, *Quam ipſi Pontificij Sacerdotes.*— Anno 1560. pag. 76. linea ultima, dele, *A[d] Dei gloriam veræ*, & ſtatim, *Fælici ſan[...] ditorum in Eccleſiam, & Remp. proventu.*— Ann. 1561. pa. 85. expunge ex margine [...] tatiunculam, *Ius Concilij convocandi non [...] pæ eſſe.* — Ann. 1606. pag. 124. lin. ulti[ma] poſt illa verba, *Referre poſſent*, dele 4. li[neas] uſque ad initium pag. ſeq. & finem §.

EX PARTE SECVNDA.

Anno 1571. pag. 226. ante medium, poſt illa verba, *Nepotem reliquit hæredem*, ubi legitur, *Animam etiam cælo*, dele, *cælo*, & poſtea dele, *Exquiſita in Theologia eruditione, & ſumma pietate.* — Ann. 1572. pag. 247. poſt medium, dele, *Execrando ſcelere, & fraude impia latebræ edictis quæſitæ.* — Et pag. 250. ad finem, poſt illa verba, *Opinati ſunt*, dele novem ſequẽtes lineas, uſque ad finem §. & anni. Et in margine dele, *Theodori Bezæ vaticinium.* — Anno 1573. pagin. 252. linea 8. ab initio, poſt illa verba, *Politiam Eccleſiaſticam*, dele, (*ut Romana ſeculentia impuram.*) — Anno 1578. pag. 298. ante finem, expunge totum §. qui incipit, *In Hibernia nihil*, &c. — Ann. 1580. pagin. 318. linea 1. poſt illa verba, *Reginam exequendam*, dele duas lineas uſque ad fin. §. — Et pag. 319. linea 4. dele, *Ferox natura, & moribus incultioribus*, & inferiùs ad medium, dele, *Seditioſo & turbulento ingenio audacia armatus.* Et lin. 8. ante finem, dele vocẽ, *Solidè*, & poſt alias duas lineas, dele vocem, *Ægre.* — Et pag. 320. ad medium, in §. qui incipit, *Nec ſolum hi*, dele ſequentem vocem, *Perfidi.* — Et pag. 367. linea 5. ab initio, poſt illa verba, *Extenderam, pertulerit*, dele tres ſequentes lineas uſque ad finem §. — Et pag. 369. ante medium, poſt illa verba, *Promiſſis referte*, dele undecim lineas, uſque ad finẽ §. — Et inferiùs linea 5. à fine, dele vocem, *Falsè.* — Et pag. 374. ad medium, poſt illa verba, *Innocentia prudens*, dele novem lineas uſque ad finem §. — Et pag. 375. ante medium, poſt illa verba, *Eduvardus Rixtonus ille*, dele duas lineas ſequentes. — Anno 1585. §. qui incipit, *Leges etiam*, pag. 391. linea 2. dele vocem, *Nefaria.* — Et pagin. 399. linea 3. ab initio, dele vocem, *Audaciæ.* — Anno 1586. pagin. 424. linea 2. dele vocem, *attoniti.* — Et paulò ante finem, dele, *Viamque ſuis ſceleribus occultè præſtruerent.* — Et paulò inferius, poſt illa verba, *Adverſarios depugnarent*, dele quatuor lineas uſque ad finem §. — Anno 1587. pag. 483. linea ſeptima, dele vocem, *Vera Religio*, & poſt lineam, & illud verbum, *Conſervaretur*, dele duas ſequentes lineas.

EIVSDEM *Anglica, Normannica, Cambrica, à veteribus ſcripta.* Francof. 1603.

In prima libri facie adhibe, *Cambdeno*, notam *Auctoris damnati*, & operis cum expurgatione permiſſi. — Et præterea ob ſerva, non tam in antiquis Scriptoribus ponendum ſtudium corrigendi, aut expurgandi, quàm in notatiunculis marginalibus ab ipſo Cambdeno adhibitis, & parum ſana doctrina infectis.

In *Thoma Walſingamo*, & *Richardo II. Rege*, pag. 283. ante finem, dele notam, quæ incipit, *Nulla hæreſis*, &c. & adde, *hæc Wiclephi doctrina, & concluſiones multis ſcatent erroribus.* — Et pag. 516. ad medium, ſub §. *Hoc anno obÿt*, linea ultima, poſt illa verba, *Levem, & laïcum*, dele uſque ad finem §. dele notat. marg. *Aſinum Papa*, &c. — Pagin. 815. ubi incipit, *Itinerarium Cambriæ*, cum annotationibus, *Davidis Poveli*, adde, *Auctoris damnati opus vero cum expurgatione permiſſum.* — Pagin. 818. poſt initium, dele totam admonitionem ad Lectorem, quæ incipit, *Hoc te unum*, &c. — Pagin. 819. poſt illa verba, *Litteras potius, & merita penſas*, dele lineas 10. uſque ad finem Præfationis, & pagin. — Pagin. 822. ante medium, dele notatiunculam marg. *Pixis fortaſſe*, &c. — Et pagin. 824. dele 4. annotationes margin. ſervatis tribus ultimis. — Pagin. 826. dele notat. *Cum plus ſatis fortaſſe*, &c. — Pagin. 828. in annotationibus capitis 2. ad medium, expũge totam notationem 5. quæ incipit, *Qua ratione Cambri*, & excurrit uſque ad medium, pag. 829. uſque ad not. 6. excluſivè. — Pag. 831. dele notat. *Benedictinorum luxus.* — Et pagin. 832. dele duas notas quæ incipiunt, *Avaritia*, &c. *ecce quam gravia*, &c. — Pagin. 833. dele totas annotationes in cap. 3. — Et pag. 837. dele notatiunculam, *Notandum hic eſt*, &c. & alteram, *Non liber ſcriptus*, &c. & tertiam, *Chriſtus per fidem*, &c. — Pag. 845. in annotat. cap. VIII. dele 2. & 3. integras annotationes. — Pagin. 852. dele notatiunculam, *Nimis impudentes*, &c. item alteram, *Notandum hic eſt.* — Pagin. 853. dele notam, *At non eorum*, & alteram, *Dæmon clericus.* — Pagin. 858. lib. 2. in ann. cap. 1. dele not. 4. quæ incipit, *Gregorius primus*, uſque ad medium, pag. 859. in illis verbis, *Vide Bedam in ſua hiſtoria*, excluſ. — Pag. 860. dele notat. *Ineptas & habiles*, &c. — Et pag. 868. in annotat. cap. 7. dele totam annotationem primam, & in pag. 869. totam annotationem 5. — Pag. 873. in annotat. cap. 10. dele totam annotat. 4. — Et pag. 877. in annot. cap. 12. ſub num. 2. dele, *qui ferè ſemper ſuas legitimas uxores habebant*, — Et pag. 878. dele totam annot. cap. 14.

*In Cambriæ deſcriptione.* Pagin. 883. in annot. capit. 3. dele totam annotat. 2. — Pag. 891. dele notat. marg. *Superſtitiones*, & in annotationibus cap. 18. — Pag. 892. poſt 7. lin. ab initio, & illa verba, *Doctrinā à populo avertit*, dele reliquum notationis. — In Epiſtola Poveli ad Gulielmum Flete, pag. 892. poſt illa verba, *Oculis contemplati fuerint*, dele reliquum pag. & §. uſque ad §. *Et primum*, ſeq. pag. 897. — Ex indice vero dele in verbo, *Monachatus & Monachi* 8. lineas uſque ad, *Monachi* W*eſtmonaſterienſes*, excluſ. — Et in verbo, *Papa, Contradictorem*, dele 13. lineas uſque ad, *Humaniter tractat*, &c. — Et in verbo, *Religioſi*, dele, *Religioſi dæmonibus melle familiares ſunt.*

EIVSDEM *Actio in Henricum Garnetum Soc. Ieſu*, &c. verſa in Latinum ab eodem Cambdeno, omnino prohibetur.

GVILIELMVS Charcus.

GVILIELMVS Clebitius.

GVILIELMVS, ſeu *Gulielmus Coddæus.*

Armin. Leyd. patria, & profeſſione linguæ Hebreæ, Theolog. & aſſiduus, atque indefeſſus Franciſci Iunij auditor.

EIVS Notæ ad *Grammaticam Hebræam*, Martini Navarri Morentini. — Item Annotationes *in Commentarios trium Rabbinorum.* — Item, *Sylloge* vocum verſuumque proverbialium. — Item *Fragmenta Comœdiarum* Ariſtophanis, permittuntur, appoſita tamen nota Auctoris damnati, & operis permiſſi.

GVILIELMVS Colus.

GVILIELMVS Fabricius Hildanus.

Paterniacenſis, Chirurgus, Lutheran.

EIVS *De Combuſtionibus* libellus. Baſileę 1607. & ex noviſſima editione Francof. 1610. cuius editionis expurgationem pete ex priori Baſilienſi, & præterea ex *Chirurgiæ Theſauro*, 3. Claſſ.

In prima libri facie, poſt appoſitam Auctori, & operi ſuam notam, dele inferiùs, ab illis verbis incluſivè, *Cui acceſſit buſtum, in quo accenſi ſunt*, &c. Baſileæ 1607.

Ex Epiſtola Dedicatoria, quæ incipit, *Quemadmodum ex minima*, pag. 6. linea 8. à principio, dele illa verba, *S. S. vocibus* [...] *conceptis, vel collo ſuſpenſis verbis.* — [...] pag. 7. linea 3. à principio, dele, *Et* [...] *Sacræ Scripturæ collo appenſis.* Malè e[...] hic Auctor inter ſuperſtitiones ad cur[...] dos morbos refert verba ſacra, vel ſcrip[...] quæ niſi cũ alia ſuperſtitione coniung[...] tur, ſanctè & piè geſtari, & dici poſſunt [...] obtinēdam à Deo ſalutem, ſicut & Eva[n]gelia ſuper ægros recitantur. — Et pag. [...] paulò ante medium, poſt illa verba, *Te*[...] *volui*, dele 8. lineas, uſque ad, *Munuſ*[...] *itaque*, excluſ. — Poſt epiſtolam vero, [...] punge duo integra folia cum icone [...] carminibus encomiaſticis Fabricij.

GVILIELMVS Farellus.

GVILIELMVS Feuguereius.

Seu, *Fuguereius*, ſeu, *Fuquereius*, Gallus, Rothomagenſis, Profeſſor Leydenſis, Calvin.

GVILIELMVS Fulcus.

GVILIELMVS Gnaphæus.

Seu, *Gnaphius*, Hagienſis, Hiſtor. & Poëta Lutheran.

GVILIELMVS Goodvvin.

Academiæ Oxonienſis Procancell[arius] Calvin.

GVILIELMVS Graye.

Anglus, Poëta Lutheranus.

GVILIELMVS Heſenus.

GVILIELMVS Hieron.

GVILIELMVS Hugh.

Eboracenſis, Theolog. Sectarius.

GVILIELMVS Kethus.

Anglus.

GVILIELMVS Maſſan.

GVILIELMVS Nolderus.

GVILIELMVS Peſquinus.

Seu, *Perkinſus*, ſeu, *Perkinſius*, German[us] Theolog. Calvino-Zuingl.

GVILIELMVS Radenſis.

GVILIELMVS Rodignus *I. C.*

GVILIELMVS Rodingus.

Haſſus, Luther. Heidelbergenſis Profeſſor.

GVILIELMVS Sarcerus.

German. Theolog. Luthe.

GVILIELMVS Stephani.

Ex Auctoribus Conciliabuli Dordrechtani.

GVILIELMVS Taylous.

Seu *Taylour*, aliàs, *Sartor.* Oxonienſis, Profeſſor, Anglus, Wicleſiſta, Sanctis inſenſiſſimus Londini exuſtus, ann. 1422.

GVILIELMVS Tempellus.

Seu, *Wilielmus*, Cantabrigienſis Profeſſor, Calvin.

GVILIELMVS Tindalus.

Seu, *Tyndalus*, ſeu, *Tyndale*, ſeu, *Hichyns*, Anglus. Oxonienſis, Luthera. Theolog. Wicleſiſta, *Sanctis*, & *Romanæ Sedi infeſtus*, Vilfordiæ in Brabantia exuſtus.

GVILIELMVS Turacrus.

GVILIELMVS Turnerus.

Anglus, Theolog. Philoſ. Medicus, Poëta, Lutheranus. Iniurius in Pontificem, & Catholicos omnes.

GVILIELMVS Vdalus.

GVILIELMVS Velvod.

Theolog. & I.C. Calvinianus, & Moralis Philoſ.

EIVS *Paralella* Iuris Divini Iudæorum, ac Iuris Civilis Romanorum. Apud Rapheleng. 1594. permittuntur, addita ſua nota auctori & operi.

GVILIELMVS Witakerus.

Seu, *Whitakerus*, Anglus, Theolog. Calvino-Zuinglian.

GVILIELMVS Wite, *ſeu* White.

Anglus Wiclephi diſcipulus.

GVILIELMVS Widephus.

GVILIELMVS Witingamus.

Seu, *Witingam*, Anglus Occidentalis.

GVILIELMVS Xylander.

Auguſtanus, Profeſſor Heidelbergenſis, Theolog. Philoſ. Mathemat. Philolog. Lutheran. Vertit quam multos libros Veterum Poëtarum è Græco, atque omnibus ferè ſcholia addidit.

EIVS *in Ioannis Xiphilini Epitomen* Annotationes. — Et Interpretatio cum Annotatiunculis in Antonini liberalis Transformationes. — In *Phlegontis Tralliani Mirabilia*, & *Olympia*. — In *Appollonij Luſorias*. — In *Antigoni mirabiles Narrationes*. — In *M. Antonini libros*, de vita ſua, expuncto poſt primam inſcriptionem Græco epigrammate. Item Annotationes in *Dionem Caßium*. — Item Annotationes in *Strabonem*, Baſil. apud Hentic. Petr. 1571. — Item Annotationes in *Pſellum*; de quatuor Diſciplinis Mathematicis, apud Oporinum 1556. — Item in *Theocritum* 1558. — Item commentarij in *Euclidē*. Baſil. 1562. Permittuntur, addita ubique nota damnati Auctoris, & operis permiſſi.

EIVSDEM Annotationes, ad vitas Parallellas, ſeu comparatas Plutarchi, Francofurti, apud Ioannem Saurium, anno 1606.

TOMO 1. In prima operis inſcriptione, poſt illud, *Guilielmi Xylandri Auguſtani*, adde, *Auctoris damnati*, &c. — Deinde deleatur tota præfatio Xylandri ad Comitem Palatinum Rheni, quæ incipit, *Cum omnis noſtra vita*. Altera Xylandri ad Lectorem prolixior Præfatio, cui initium, *Non erat mihi*, tota præcidatur.

In Annotationibus ad vitam Marcelli, num. 15. pag. 581. in medio, poſt illud, *Ipſum problema*, dele uſque ad, *Diſſolvit*, & loco expunctorum lege, *Stifelius*.

TOMO 2. In prima operis inſcriptione, poſt illud, *Quæ in annotationibus*, dele uſque ad, *Locupletiſsimo*, excluſ. & loco expunctorum repone, *Tractantur*.

TOMO 3. In prima operis inſcriptione, poſt illud, *In Annotationibus interpretis*, dele uſque ad finem inſcriptionis, & loco expunctorum ſubſtitue, *Traduntur*.

Ex eiuſdem Xylandri Annotationibus in Plutarchi Moralia. Francofurti, apud Ioannem Saurium, 1603. Quæ ſuperioribus Annotationibus adiunctæ ſunt.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Parte prima,dele duas Præfationes ad Ludovicum Comitem Palatinum, & ad lectorem, prioris initium eſt, *Plutarchi Cheronenſis*,poſterioris,*Quinquennium iam.* —In Annotationibus,in Conſolationem ad Appollonium,pag.589. — In Præcepta de Tuenda Valetudine,pag.592. Annoratione 252.23.poſt illud,*Nullum culinæ nidorem*,dele uſque ad,*Veni in ſuſpicionem*,excl. —Deinde ibi,*Ne is aliud fortè*,pro,*is*,ſcribe,*Eraſmus.*—In librum de Oraculorum defectu,pag. 644. annotatione 545. 5. ibi, *Meminit B Tertullianus*,dele,*B* —Parte ſecunda.In Annotationibus in Vitas decem Rethorum,in Iſocrate, pag. 691. Annotatione 581. 29. poſt vocem, *Wolphij*, dele uſque ad *Quid enim ſit*,excluſ.—Parte tertia.In Annotationibus in Amatorias narrationes,pagin. 553. Annotatione 126. 35. poſt illud *Qui eo minor eſt*,dele uſque ad, *Hoc quidem ei.*Et pro,*ei*,ſcribe,*Adriano Iunio.*

Item Annotationes In Georgij Cedreni Annales.Baſil.per Ioann.Oporinum.

IN prima libri facie,poſt illa verba,*Et tabellas Chronologicas*, adde, *Auctore damnato,expurgatione permiſſas.* — In Epiſtola dedicatoria,pag.1.ad finem, poſt illa verba,*Habet diſputationes*,dele uſque ad,*quando vixerit*,excluſivè,initio ſequentis paginæ. — Eadem pagina,poſt medium,& poſt verba Carminis, *Dedit hic promiſſor hiatu?* dele uſque ad,*Certè ſi quid ab eo*,excluſ.— Pagin.3.eiuſdem epiſtolę,ante medium,& poſt illa verba,*Wolphius noſter*,dele uſque ad,*Aliquanto ante Codici veſtro*, excluſ. — Pag.4 poſt mediũ,& poſt illa verba,*Tũ ipſo etiã Wolphio*,dele uſque ad,*Poſtquã ergo Cedreni*,excluſ.—Ex ipſo Cedreni corpore,ſeu potius ex marginibus depravatis.— Pag.166. lin. 46. §. *Phariſæi*, ubi legitur, *Vbi ſunt ergo ſimulacrorum oppugnatores*, lege, *Imaginum oppugnatores.* — Pag. 202. ad medium,§. *Cæterum Appollonius*,dele in margine,*Appollonij miracula.* — Pag. 375. ad finem,dele in margine,*Idolorum defenſores.* —Pag.382.poſt medium,§. *Anno* 25. ubi legitur in margine,*Conſtãtinus in ſimulacrorum cultores*,dele, *Simulacrorum*,& repone,*Imaginum.*—Pag.401.ante medium, lin.14.§.*Cæterum bellum*, ubi legitur, *Impiæ ſimulacri perdarum hæreſi*, lege, *Impiæ imagini-perdarum hæreſi*, &c. — Et paulò inferius,lin.21. ubi legitur, *Simulacrorum cultui deditum*,dele, *Imaginum cultui*, &c.

—Pagin. 423. initio in §.*Huic mortuo* [...] margine,ubi legitur,*Simulacrorum diſcunt*, lege,*Imaginum diſcunt.*— Eadem pagina ante medium,lin.25.legitur, *Simulacrorum quoque adorationem*,lege,*Imaginum quoque* &c.—Pag.425.ad medium,ubi in margine legitur, *Theophilus ſimulacrorum*, lege, *Imaginum.*—Pag.426.initio,ubi in margine legitur, *& ſimulacra defendunt*,lege, [...] *imagines defendunt.*—Pag. 427. ante medium,ubi in fine notæ marginalis legitur, *Propter ſimulacra*, lege, *Propter imagines* —Pag.438.initio lin.7.ubi legitur, *[...]mulacri-perdarum hæreſi deliberatè*,lege, [...] *imaginis perdarum hæreſi*, & ad marginem pro,*Simulacrorum*, ſubſtitue,*Imaginum.* [...] inferiùs,poſt medium,linea 41.ubi legitur *Incendium à ſimulacri-perdis excitatum*, [le]ge, *Ab imaginis-perdis*, &c.—Pagin. [...] ante medium, ubi legitur in margine, *De reſtituendis ſimulacris*, lege, *De reſtituendis imaginibus.*—Pag. 597. poſt initium §. *die Pentecoſtes*,dele in margine,*Ambitio Cleri.*

Ex Annotationibvs in Cedrenum Guilielmi Xylandri.

Col.699 Annotatio 205.ſuper illa verba,*Non eſt Deus ita iniuſtus*,ubi legitur, [...] *detur Monachus*,dele vocem,*Monachus*, [...] ibidem initio,col.700.pro voce,*Simulacrorum*,ſubſtitue,*Imaginum.*—Col.707.Annotatio 255. ſuper illa verba, *Immobilium locupletarentur bonis*, poſt illa verba, *[Præ]ſertim privatus*,dele uſque ad finem Annotationis.—In tabula Chronologica [...] § *P.XXXV. Damaſus*, dele vocem, [...] & inferiùs,§.*Gelaſius P.*dele.*Quod alij [...] de etiam ſibi ſumpſere*, &c. §. *Proximè [ſe]quenti P. LII. Felix*, poſt verba, *Felix* [...] dele uſque ad,*Monachi permulti*, excl.— In tabula 7. §. *Gregorius Magnus*, poſt illud,*LXII.*591.dele uſque ad, *I.Papa Bonifacius*, excluſ. — In tabula 8. §. *P.XLIII [...] Adrianus III.*poſt illud, *Adrianus III.*dele uſque ad 885.excluſ.—In tabula 9.§.*Clemens ab Henrico*, dele vocem, *ab Henrico* & in §.ſequenti, *P.XCVI.Alexander*, p[oſt] illud 1062.dele uſque ad finẽ §.& inferiùs §. *P. XCVIIII. Vrbanus*, dele, *Imperatorem vexavit.* — Et paulò inferiùs, §. [...] *C.Paſchali*,dele, *Idem egit.*—Et inferiùs §.*P. CIX. Alexander*, poſt illud, 1160. dele uſque ad finẽ §.—Eadem tabula,*Sub Imperio Occidentis*, §. *Henricus III.* poſt illud, *Schiſma ſuſtulit*,dele uſque ad finem §.— In tabula 10. §. *Gregor. IX.* dele *Is miſere vexavit*

*vexavit Fridericum Imperatorem.* — Et inferiùs §. *Innocentius IIII.* dele, *Idem egit.* — §. *Bonifacius VIII.* dele, *Is auſus ſe omnium,* &c. uſque ad, *Iubilæi prædicator,* excluſ. — Et inferiùs in §. *P. CXXXV. Benedictus*, dele, *Vterque egregius in arroganda,* &c. uſque ad finem §. — Eadem tabula, *Sub Imperio Occidentis*, §. *à Gregorio IX.* dele, *Vexatus*, &c. Et inferiùs, §. *Inter regnum*, poſt illud, *Annis 23. Propè*, dele uſque ad, *Galli in Italiam*, excluſivè. — Et inferiùs §. *Henricus VII.* dele, *In Miſſa à Monacho.*

Ex Indice Dele Seqventia:

*Idolorum defenſores.* — *Idololatriæ auctor Scruchus.* — *Simulachrorum cultus à Scrucho,* &c. — *In Eccleſia reſtitutio.* — *Simulachrorum reſtituendorum*, &c. — *In ſimulachrorum oppugnatores*, &c. — *Simulacriperdarum hæreſis, eiuſdem everſio.*

Eivsdem in Euripidem verſio, in libro ita inſcripto, *Euripidis Tragœdiæ, quæ hodie extant omnes, Latinè ſoluta oratione reddite, ita ut verſus verſui reſpondeat.* Francofurti, apud Ludovicum Lucium, 1562.

In prima libri facie, poſt illud, *Verſui reſpondeat,* dele uſque ad, *Francofurti,* &c. excluſ. & adde, *Xylander Auctor damnatus, liber cum expurgatione permiſſus.* — Deinde dele totam Præfationem eiuſdem Xylandri, quæ incipit, *Quadriennium iam ferè.* — In *Hecuba*, pag. 31. deleatur illud, *Philippo Melancthone interprete.* — In *Oreſtis* argumento pag. 80. deleatur *Philip. Melancthone interprete.* — In *Rheſi argumento* pagin. 600. deleatur, *Philippo Melancthone interprete.*

Eivsdem Xylandri in *Stephanum de Vrbibus* Præfatio, & alia. Baſileæ, ex officina Oporiniana, 1568.

In ipſa libri facie, poſt illa verba, *In lucē dabitur,* appone, *Xylander Auctor damnatus hoc eius opus cum expurgatione permiſſum.* — Deleatur tota præfatio Xylandri ad Carolum Wolfangum, quæ incipit, *Maximis beneficijs,* &c. — In fine operis, dele quatuor Epigrammata Græca in laudem Xylandri, & Oporini, *Auctorum damnatorum.*

Item eiuſdem Poëmatum expurgationem, vide tom. 2. delic. Germanicarum, lit. D. 3. Claſſ.

Item eiuſdem Xylandri, *Verſio & annotationes in Pſellum, de 4. Mathematicis ſcientiis,* &c. Item de *Philoſophia Carmen.* Item eiuſdem, *Carmen aliud in obitum Sixti Betuleÿ, præceptoris ſui.* Baſil. 1556. per Ioannem Oporinum.

In prima libri facie apponenda Xylandro ſua nota. In Epiſtola dedicatoria, quæ incipit, *Philoſophia qua,* pag. 9. in fine, poſt illa verba, *Hieronymo Wolphio,* dele duas lineas uſque ad, *Adiutore.* — Initio pag. 12. dele lineas duas. — Pagin. 118. in tit. poſt *Guilielmi Xylandri*, adde, *Auctoris damnati,* ſicut etiam pag. 104. in carmine de Philoſophia, & inferius pag. 146. ad medium, poſt, *Acceptumque ferendum eſt*, expunge verſus omnes ſequentes, per duo folia uſque ad initium pagin. 151. — In Carmine de Zonara, pag. 160. ante mediū, poſt, *Legent, relegentque volumen,* dele tres ſequentes verſus uſque ad, *Tu iuſſa Heroïs,* excluſ. — Pag. 162. dele carmen integrum, incipit, *In obitum pÿſſimi,* &c.

Gvilielmvs Zepperus.

German. Theologus, Luthero-Zuingl.

## EN CASTELLANO.

Gvillermo Massan.

La traduccion que hizo en Caſtellano libro intitulado, *Catholico Reformado*, que compuſo Guillermo Perquino, ambos Autores condenados, ſe prohib.

Gvillermo Perquino, ò Perkinſo.

Se prohiben todas ſus obras en qualquier lengua.

## EN FLAMENCO.

Gvillavme Bandart.

Su libro, que ſe intitula, *Les Guerres de Naſſau*, A Amſterdam, chez Michel Colin, 1616. ſe prohibe del todo.

SECVN-